

*MASTER*  
*NEGATIVE*  
NO. 91-80334-6

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

## **COPYRIGHT STATEMENT**

**The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.**

**Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.**

**This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.**

*AUTHOR:*

DEECKE, GVILELVMS

*TITLE:*

DE HECTORIS ET ALACIS  
CERTAMINE ...

*PLACE:*

GOETTINGAE

*DATE:*

1906

Master Negative #

91-80334-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

BKS/PROD	Books	FUL/BIB	NYCG91-B90571	Acquisitions	NYCG-NS
Record 1 of 0 - Record added today					
+					
ID:	NYCG91-B90571	RTYP:a	ST:p	FRN:	MS:
CC:	9668	BLT:am	DCF:?	CSC:?	MOD:
CP:	nvu	L:lat	INT:?	GPC:?	BIO:?
PC:	r	P0:1991/1906	REP:?	CPI:?	FIC:?
MMD:	040	OR: NNC‡cNNC	DM:	RR:	FSI:?
					COL:
					EL:
					ATC:
					AD:10-21-91
					UD:10-21-91
					CON:???
					ILC:???? MEI:? II:?
					EML: GEN: BSE:
100	10	Deecke, Gvilelvs			
245	13	De Hectoris et alacis certamine singvlarith[microform].‡bDissertatio i navgvralis qvam amplissimi philosophorvm ordinis consenv et avctoritate in academia georgia avgvsta ad svmmos in philosophia honores rite capess endos‡cscripsit Gvilelmvs Deecke Lvbecensis.			
260	0	Goettingae.‡bTypis L. Hoferis.‡c1906.			
300	90 p.				
LDG	ORIG				
QD	10-21-91				

Restrictions on

-----  
TECHNICAL MICROFORM DATA



FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x  
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB  
DATE FILMED: 6-1-97 INITIALS MLY  
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



**AIIM**

**Association for Information and Image Management**


1100 Wayne Avenue, Suite 1100  
Silver Spring, Maryland 20910  
301/587-8202





**Centimeter**



**Inches**



1.25    1.4    1.6



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS

BY APPLIED IMAGE, INC.

*Stetit* 162  
*FZ 0*

# DE HECTORIS ET AIACIS CERTAMINE SINGVLARI

---

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
CONSENSV ET AVCTORITATE  
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
RITE CAPESENDOS

SCRIPSIT

GVILELMVS DEECKE  
LVBECENSIS.

---

GOETTINGAE  
TYPIS L. HOFERIS.  
1906.

De dissertatione probanda ad ordinem philos. rettulerunt  
ED. SCHWARTZ ET FR. LEO.

Examen rigorosum habitum est a. d. XV Kal. Aug.  
MDCCCVI.

In ea libri *H* Iliadis parte, quae est de Hectoris et Aiakis certamine singulari multas offensiones inesse iam dudum viri docti intellexerunt, ex quibus unum hic memoro, Koechlium, qui in Ind. Lect. Turic. 1858 vehementissime in poetam huius carminis invectus est. Cui quamquam Duentzerus aliquie obloqui sunt, tamen initium huius libri pessimum esse ne ii quidem negaverunt, qui cetera iniuria reprehendi arbitrabantur. Plane novam sententiam nuper Robertus in eo libro, cui inscripsit „Studien zur Ilias“ (pag. 169 sqq), hoc de carmine protulit; maiorem eius partem recenti poetae deberi, sed pugnae ipsius descriptionem et iurgia, quae ante pugnam fiunt (vss 219/72), ex carmine antiquissimo desumpta esse; quam opinionem praecipue ex armis heroum effecit. Atque ipsam rem ille quidem optime perspexit; tamen multo intricatus quam suspicatus est res se habere ut spero hoc ex opusculo apparebit.

Libri *H* initio finis libri *Z* sine interruptione continuari videtur: Heetorem et Paridem, quem fratri obviam factum in versibus *Z* 503 sqq legimus, ad pugnam proficisci narratur (1/7). In iis quae secuntur utrumque Glaucumque tertium singulos Achivos occidere audimus, inter quos Areithoi filius Arna oriundus, a Paride necari dicitur. Eiusdem Areithoi *κορυνήτον* quod in versu 137 iterum mentio fit et cognomen explicatur, versus 8 sqq alius poetae esse atque carmen, quod sequitur, apparent. Nam si uterque locus eiusdem esset, sine dubio in priore cognomen explicaretur itemque opinor si 8 sqq vetustiores essent. Nam epitheto quod nisi de Areithoo non dicitur, eiusmodi explicatione opus esse puto. Deinde Areithoum patrem

hominis a Paride interficti esse poetam prius referre quam Menesthei ipsius nomen notandum est. Menestheus enim pariter atque Eioneus et Iphinous Dexiada, qui eodem tempore occiduntur, et omnes fere heroes, qui talibus in enumerationibus commemorantur, homo obscurus est, cuius hoc uno loco excepto nusquam mentio fit et quem necari minime interesset, nisi filius Areithoi illius clarissimi diceretur, quem olim carminibus celebratum esse iam ex cognomine conficitur. Sed hoc loco a poeta eum commemorari, cui in iis fabulis quae sunt de bello Troiano nullae partes tribuantur, valde miraremur, nisi paulo post, 137 sqq, ubi Nestor res a se gestas narrat, aptissime plura de eo dicerentur. Quae cum ita sint, in versibus 8 vss 137 sqq respici pro certo habeo. Accedit quod vss 13/6 ad Glauci et Diomedis homiliam spectare viri docti dudum cognoverunt. Quin igitur vss 8/16 carminum coniungendorum causa facti sint, dubitari nequit.<sup>1)</sup>

Relinquitur, ut de patria Areithoi agam. Versus enim **H** 9 et 137 sqq inter se discrepare videntur; nam in versu 9 Arna, nobilis Boeotiae urbs, Areithoi patria esse dicitur, cum ex altero loco eum Arcadem (vel Eleum) esse sequatur, quoniam cum Lyceugo Arcade manus conserit. Sed cum fieri non possit, ut in versu 9 Arna Boeotia intellegatur, quia Areithoum in Arcadia imperfectum esse poetae ex 137 sqq constabat, Hillerus de Gaetringen (Pauly-Wiss. s. v. *Ἄρηιθοος*) Arcadicam quandam Arnam respici coniecit, Wentzelii opusculo (Philol. L, 385 sqq) et scholiastarum ut dicit testimonio nisus. Wentzelius l. l. de Arna, fonte quodam Arcadiae (Paus. VIII 8,1) agit neque tamen extare urbem cognominem contendit. Scholium in cod. T invenitur hoc: *Τυὲς δὲ Ἀρνην Ἄρηνην τὴν Ἀρκαδικὴν ὡς τὴν Μέσ[σ]ην Μεσ[σ]ήνην γεσίν* (B. 582).

1) Koechlius e. g. et Kayserus vss 1/16 vetustos, certamen recentis poetae esse putant.

Vrbem igitur Arcadicam nomine Arnam ii quidem quorum sententiam scholiasta profert, non noverunt; si novissent, non ad hauc interpretationem perfugissent. Neque apud ullum scriptorem eam commemoratam invenies. Restat igitur nihil nisi fontis nomen. Huc accedit, quod, aequa ac fonte illum, sepulerum Areithoi prope Mantineam esse Pausanias (VIII 11,3) testatur. Arcadum autem cum hostis sit, ipsum probabiliter Arcadem non esse contra dixerim. Tamen Hilleri sententiae accederem, quia urbem Boeotiam respici prorsus incredibile est, nisi veteres verum vidiisse multo verisimilius putarem. Scholiasta, ut supra exposui, Arenam urbem Arcadicam intellegendam esse suspicatur. Tamen Arena Arcadica non minus ignota est quam Arna Arcadica. Sed cum variis Messenes nominis formis exemplo utatur, quarum utraque apud Homerum extet (B 582, φ 15), etiam *Ἀρῆνην τὴν Ἀρκαδικήν* apud Homerum memorari expecto. Arena autem Homerica (B 592, Α 723) in Triphylia sita erat. Tamen grammaticum in errorem incidisse ut arbitremur necesse non est. Nam et Leptreatas Arcades haberi voluisse traditur (Xen. Hell. VII 1,26; Paus. V 5,3) et Dicaearchum Triphylianum Arcadiae partem censuisse audimus (Cic. ad Att. VII 2,3; cf. Scyl. 44<sup>1</sup>). Atqui Minyei fluminis, quod apud Arenam illam in mare effunditur (Α 722) nomen a Minyaru[m] gente translatum esse appetat (cf. E. Meyer Gesch. d. Alt. II 195<sup>2</sup>). Itaque inter Arnam Boeotiam et Arenam Eleam easdem rationes intercedere atque inter Minyaru[m] gentem et Minyeum flumen veri simillimum puto. Accedit quod Lyceurgus ille qui Areithoum interfecit, imprimis Leprei colebatur, ubi templum Iovis Lycaeum et Lyceurgi sepulcrum fuisse Pau-

1) Hanc ob rem Plinius (Nat. Hist. IV §§ 20 et 14) falsissime inter Lepreum Arcadium et Eleum distinguit.

2) E. Meyer etiam ad λ 281 sqq animum advertit, ubi Neleus filiam Amphionis reges, qui ἐν Οχυρέντα Μανείρη regnabat, in matrimonium duxisse narratur.

sanias testatur (V, 5,5<sup>1</sup>). Si igitur Areithoum Arenae regnasse iure suspicamur, rex urbis Triphyiae antiquissimae, quae postea ex hominum memoria prorsus evanuit, ut ne hoc quidem constaret, ubi sita fuisse (cf. Paus. V 6,2, Strab. VIII 346/7) a Leprei rege, quod ut apud Homerum nondum memoratur, ita posterioribus aetatis inter nobilissimas Triphyiae urbes erat, necatus esse narratur, i. e. hac fabula indigenas ab advenis, Arenatas a Lepreatis, vicos esse exponi videtur. —

Vnam hic quoque difficultatem extare concedo: Utramque formam eodem modo Homeri temporibus in usu fuisse arbitrari cogimus. Sed cum non unius poetae loci sint (B 500, A 723, H 9), probabiliter ea in re non nimis insistendum est.<sup>2</sup>) Tamen num de Arenae, mulieris eponymi urbis Messeniacae (Paus. IV 2,4) et fontis apud Lepreum siti (Paus. V 5,6) nomine eadem dubitationes fuerint, scire non nullius momenti existimo. Sed haec quoque res incerta est. Arene enim illa, Oebali filia, Tyndarei Icariique soror, tribus locis Arnae nomine vocatur: Schol B ad B 581, Eust. eund. a. l., schol. Eur. Or. 457. Sed cum illis in locis et plane eadem res narrentur et fratri quoque Arenae perverse nomen *"Ixaros"* imponatur, scho- liastis illis auctorem eundem fuisse manifestum est neque utrasque formas in usu fuisse hinc confici potest. Immo varias formas aut levi corruptelae aut mythographi confusioni deberi probabile est; et quod ad Icarium attinet, alterum verum esse videtur, quia etiam Daedali filius interdum falso Icarius nominatur. Ergo mythographum hunc etiam nomina *"Agen"* et *"Agerin"* inter se confusisse non incredibile idemque iam Homeri

<sup>1</sup>) Cf. Wilamowitz. Hom. Unt. 284 sq; rationes quae inter Lycurgum et Aleam intercedunt, posteriores esse ut puto recte Rappius ap. Roscher. Myth. Lex. s. v. Lycurgus No. 4 coniecit.

<sup>2</sup>) Paulo aliter de Messene res se habere appetit: Forma *Mēσαη* in Iliade, *Mēσαῆνη* in Odyssea extat; *Mēσαη* urbem, *Mēσαῆνη* regionem significat.

temporibus evenisse ex illis Iliadis locis efficiendum est. Tzetzes ad Lyc. 511, qui utrasque formas novit (*Αρίνης...η Αρης, Ἰχαροτο η Ἰχάροι*), cum *'Ixáros* et *"Ixaros"* eiusdem nominis varias formas esse non nesciat<sup>1</sup>), de Arena et Arna eodem modo rem se habere non vidit, quoniam Arnae Aeolum patrem tribuit (i. e. Boeoti matri), Arenae Oebalum.

Denique Fickii conjecturam: *Ἀρχαδίη ραιόντα* probabilem non esse adnoto. Haec si tradita essent, non urbem, sed terram nominari certe miraremur.

Progradimur ad eam narrationis partem, qua certamen introducitur. Apollo et Minerva ut Hector Achivorum aliquem ad certamen provocet inter se conveniunt (H 17/43). Expectamus igitur, eos tale quid suscepturos esse, quo consilium conficiatur. Neque vero quicquam eiusmodi legimus, sed Helenus vates, qui deorum voluntatem divinare dicitur, sua sponte fratrem, ut Achivorum optimum provocet, adhortatur. His offensionibus cominoti nonnulli viri docti colloquium deorum a certaminis poeta abiudicaverunt (cf Duentzer, Ges. hom. Abh. 264, 290; Fick. D. hom. II. 240 sqq), quorum singulorum sententias exponere superfluum puto, neque opusculo procedente quid singuli singulis de locis arbitrii sint enumerabo; quid offendat offenderitque proferam permultis ex opinionebus ea quae gravia videntur eligendo.

In versu 38 Apollo Minervae haec proponit: *Ἐπτορος δέσμωμεν κρατερὸν μένος ἵπποδάμου οἵν τινά πον Δαναῶν προκαλέσσεται.*

Primum igitur Minervam assentiri deinde quid dicterint ut exponatur postulamus. Atqui in versu 43 deam *οὐδὲ ἀπιθήσαι* legimus, quamquam Apollo ei neque quicquam mandavit neque suasit ut faciat. Sed uno loco<sup>1</sup>) vocabulum *ἀπιθεῖν* eodem modo dici Koech-

<sup>1</sup>) Schol. ad Exeg. in Iliad. pg. 130.

<sup>2</sup>) Non recte Hentzius in adnot. editionis h. a. l. præterea Θ 108 conferendum censuit, ubi Nestorem Diomedis dicto parentem currum revera condescendisse interpretandum est; ceterum locus a. l. E pendet; Θ 105/6 = E 211/2.

lius intellexit (l. l. pg. 10). In versu **E** 719 postquam Iuno propositionem similem (718: *μεδώμεθα*) fecit, cui Minervam accessuram esse expectamus, eadem verba traduntur, quae in versu **H** 43 extant. Hanc autem offensionem ex mala libri **Θ** (381) imitatione ortam esse constat. Ibi enim (373. 80) Juno a Minerva monita ut equos ornatu instrueret, in iis quae secuntur iussa facere dicitur. Iure igitur verba *οὐκ ἀπιθησε* ibi leguntur. Ceterum **E** 711/92 a l. **Θ** pendere iam Hauptius in appendice observationum Lachmanni probavit (pg. 107 sqq; **Θ** 384/96 = **E** 733/7, 745/52; de hoc libri **E** loco cf. appendicem). Atque libri **E** locum imitatum poetam libri **H** voce *ἀπιθεῖν* eodem modo abusum versumque 43 sic intellectum voluisse: „Dea Apollinis propositioni accessit, cum in versu **E** 719 vocubulum ita dici ei videretur, verisimile esse censeo. Accedit quod etiam primi huius episodii versus (**H** 17/8) eodem libri **E** loco inveniuntur (711/2). Sed certe talia compilatoribus tribuenda sunt indignis qui poeta rum nomine vocentur. —

Vt igitur discrepantia ea, quae inter 38 sq et 43 extare videbatur, ita tolli possit, tamen quae secuntur cum iis quae praecedunt, nullo modo concinunt. Non deos vel aliquem ab iis iussum ea facere, sed Helenum Hectorem ad provocationem irritare vidimus, qui sua sponte fratrem orat, ut sibi obsequatur, quoniam fratres sint. Neque versu 53, qui in fine orationis traditur, offensio ea tollitur, immo nova quaedam adicitur: eum cum 44/5 discrepare iam Alexandrini intellexerunt. Praeterea Helenum dictis deorum minime paruisse notandum est, cum voluntatem eorum ultro cum fratre communicaret. Nam di ipsi certamen instituere in animo habebant; ergo quomodo illi audaciam eius accepert ut exponatur, postulo. Tales inconcinnitates, si de integro loco res esset, non extarent, immo colloquium deorum Helenique orationem inter se non cohaerere clarum mihi videtur. Praeterea v 52, in quo Helenus quae a dis non audivit, profert, ad 17 sqq

prorsus non quadrat: Vt Helenus, ita sine dubio Mi nerva Hectori mortem nondum imminere sciebat neque certamen fieri passa esset, in quo ne solus Achivorum pugnator necaretur, periculum erat. Denique ut E. Schwartzius me monuit, vss 44 et 45 coniungi non possunt; nam *τὼν* et *ἡ ζεῦστον ἐγίνθανε* inter se pugnare appetat.

Neque vero recte ii iudicaverunt, qui colloquium deorum ab eo compositum esse, qui certamen libro **Z** adseruit, arbitrati sunt. Neque enim deorum partes peractas esse ex versibus 58/60 sequi, in quibus di spectandi causa in fago considere dicuntur, Schwartzius mihi persuasit. Nam compilatorem etiam vss 58/62, quos carminum coniungendorum causa inserere necesse non erat, sine ulla causa et ratione adiecisse prorsus incredibile est. Immo poetam ea inventione quae in versibus 58 sqq extat, in posteriore carminis parte uti in animo habuisse videbimus. Duorum igitur carminum fragmenta in hac prima libri **H** parte contineri iudi candum est, duoque carmina per totum hoc carmen, in quo de Hectoris et Aiakis certamine singulari agitur (**H** 17/312), compilata esse opusculo progrediente apparet.

Sed quoniam et dis et Priamidis de certamine faciendo sermo est, num utroque in carmine de eo actum sit, quaerendum est. Rem ita se non habuisse forsitan iam ex versu 52 concludi possit, quem cum 77 sqq non congruere Bischoffio (Philol. XXXIV) concedendum est. Hectoren postquam se nondum moriturum esse certior factus est, talia proponere, qualia 77 sq profert, absurdum est. Sed si cui hoc argumento res non satis probari videatur, ne quaestio per totum opusculum in tenebris iaceat, iam nunc Robertum (l. l. pg. 172) altercationes heroum quae ante pugnam fiunt, non ad certamen, sed ad proelium spectare statuisse mihi liceat monere. Itaque si pugnae quoque descriptioni reliquiae duorum carminum, quorum in altero de certamine non agebatur, insint, quod ve-

rum esse postea patebit, aut quod ad colloquium deorum attinet, aut altero illo loco certaminis mentionem compilatori deberi censendum est. Atqui et versum 52, qui quia cum versibus 17/43 non concinit, certe poetae orationis eius quam Helenus habet tribuendus est, cum 77 sqq discrepare vidimus, quos versus ad certamen spectare apparet, et ex versibus 58/60 deorum colloquium a poeta certaminis abiudicari non posse sequitur. Itaque eos versus orationis ab Heleno habitae diligentius inspiciamus, qui ad certamen pertinere videntur. Quin v. 49 ex Γ 68 sumptus sit, dubitari non potest. Ibi enim ut aequum est, ante pugnam exercitus considere iubentur, hic ante provocationem: ac profecto in versibus 56/7 eos residere legimus, ne que vero Hector, qui antequam provocationem condicioneque protulit, ea impetrare omnino non potuit, sed Agamemnon sua sponte efficit, ut Achivi Troum exemplum sequantur. Sed de 54 sqq postea agetur. Versum 49 ineptum esse nemo negabit. Ad 50/1 cf Γ 19/20 et 432/3, quorum locorum imitatione factum esse, ut in fine versus 50 non πάντας ἀριστούς, quae ne repeterentur v. 49 obstabat, sed ὅς τις ἀριστος inveniantur, Christius in praefatione editionis (pg 55) recte monuit. Quominus igitur 49/51 compilatori tribuamus nihil impedit.

Neque vero minores offendentes versibus 17/43 insunt, ex quibus plurimae cum ab aliis tum a Koechlio (l. l. pg 7) iam cognitae et expositae sunt. Vss 17/8 et E 711/2 alteros ab alteris pendere supra docuimus. V. 19 saepe invenitur, 21<sup>b</sup> quater, 21<sup>a</sup> in l. Α (508), ubi Apollo Argivos Troibus superiores ex aree Troiana conspicatur, melius legi appareat. Itaque hemistichium inde sumptum esse verisimile neque Nauckii conjectura ἐκκατιών opus est. In versu 22 fagi mentio magnas offendentes praebet. Etiamsi fagum quandam omnibus auditoribus notam apud Seacas portas fuisse putemus (cf Z 237 etc.), tamen cum sine dubio unica campi Troiani fagus haec non esset, hanc respici exponendum

erat. Deinde deos eo se conferre itemque eos postea spectandi causa ibi considerare sensu caret, nisi ante portas ipsas proelium committebatur, quod ex hoc quidem loco non efficitur, quin vix ex libro Z compilator — si de eo agitur — ea concludere potuit (73/4, sed cf. 237). Fagum autem in vetere quoque carmine memoratam esse ex versu 60 sequitur, ubi ut mentio eius deleatur, fieri non potest. Itaque olim plura ea de arbore dicta esse censeo, sive post versum 60 — nam 61/2 recentes esse videbimus — sive in priore carminis parte, quam compilator delevit. Ei igitur vss 17/21 deberi valde credibile esse existimo. Nam primum versu 22 excepto omnia fere aliunde desumpta esse exposui, deinde vss 17/8 = E 711/2 vel propterea ei tribuendos censeo, quod Η 43 = E 719 probabiliter eius est, et quod cum 8/16, quos recentes esse docui, eos bene coniungi negari nequit; nam si non graviter, tamen premuntur Achivi. Itaque non prorsus inepit 17/8 ex l. E sumpti sunt (Ceterum etiam quod ad 43 attinet, nisi versum E 719 ex l. Θ sumptum esse sciremus, hoc libri E loco vocem ἀπιθεῖν significare „assentiri“ nos quoque concessuros esse supra memoravi). Sed etiam inter se 17/21 adeo cohaerent, ut unde carminis genuini reliquiae incipient, dici vix possit, si aliquos retinendos esse putemus. Immo cum fagi mentio, quae in versu 22 fit, inepta sit et vetere in carmine de ea actum esse ex versu 60 sequatur, iis verbis, quae de fago sunt, compilatorem ad vetusta reverti studuisse non improbable mihi videntur. De ceteris locis, quibus fagus memoratur, in appendice agam.

Accedamus ad Apollinis verba. In versu 24 vox αὐτὸν memorabilis est. Certe igitur poetae loci noti erant, quibus item Minerva devolasse dicebatur; quin unum ex iis, Α 198 sqq imitatur et poetam libri Α, sicut est mos imitatorum, superare conatur, cum Apollinem Minervae festinationem praedicantem vel illudentem facit. Ceterum etiam in versu E 838 Mi-

nerva ἐμμεμανῖα θεά vocatur. Quod *H* 24/7 a carmine genuino abiudicentur, non esse existimo. Immo ei tribuendos eos esse inde confirmari videtur, quod Nestoris orationis initio (*H* 124) poeta iterum neque bene librum *A* (254) imitatur. Tamen etiamsi eos genuinos esse putemus, inter eos et ea, quae antecedunt, discrepantiam nullam extare notandum est: Minervam de caelo descendisse in versu 19 legimus, quem versum usitatissimum etiam vetere in carmine lectum esse si quis credat, refelli non potest. Deinde Troas ibi quoque superiores fuisse ex 26/7 sequi videtur.

Pervenimus ad 28 sqq. Id quod Apollo proponit, πολὺ κέρδιον esse nemo concedet. Neque enim quid commodi in eo sit, quod hoc uno die a pugna se abstineant, intellegi potest, immo certaminis inventionem ineptam esse iam Koechlius l. l. („nulla omnino singularis certaminis . . . instituendi causa aut ratio ex cogitari potest“) itemque nuper Robertus (pg 172: Im *I* handelt es sich wenigstens um einen ernsten Zweck, aber Aias und Hektor kämpfen nur noch um ihre Waffen und den Ruhm des Sieges“) optimie exposuerunt. Sed ea magis ad totum carmen quam ad hos versus pertinent. Tamen hanc propositionem verbis:

Ἄλλ' εἴ μοι τι πίθοι, τό κεν πολὺ κέρδιον εἴη  
introduci mirum est neque genuinos vss 28/32 esse iam inde sequi mihi videtur. Praeterea vocem μαχίσονται ad Achivos Troianosque, verba: Πλίον τέκμωρ εὗρωσιν (= *I* 49) ad Achivos solos spectare displicet. Amplius his de versibus agemus, cum ad 291 sqq pervenerimus, quorum imitatione hanc offensionem ortam esse puto. Denique eos adiectos esse ex 34/5 appareat.

Versuum 34/6 ineptiae melius quam Koechlii verbis illustrari non possunt, qui sic indicat: „. . . nec quod respondeat aliud habet dea cum ferocissima, tum prudentissima nisi hoc, ad bellum dirimendum quidem se et ipsam venisse, sed id quomodo instituendum sit, ab Apolline se sciscitare.“ Sed vss 34/5 ad propositionem in versu 29 factam

pertinere videntur versibus 30/2 prorsus neglectis, quamobrem vss 34/5 vetustos esse et in iis veram Minervae assentationem contineri crediderim, cum alteram quae in versu 43 extat, compilatorem una cum altera Apollinis oratione adiecisse censeam, quam uno versu 38 excepto non aptiorem priore illa invenies.

Versus 39 clausula male ex 226 sumpta est. Expectatur aut *οἶον* (coni. Bentley), quod ne recipiamus v. 42 obstat, aut *οἴρ* (coni. Doederlein), qua lectione offensiones sane tolluntur; neque tamen eam probabimus, quia etiam in versu 42 sunt quae offendant; desideratur enim ad *οἶον* i. q. e. *τινά*. Quod Hentzius *A* 156 et *I* 355 confert, illic ex voce *τοί* versus 155 sine difficultate σέ subauditur, in hoc et ipso offendo. Nam quod Hector Achilli soli resistere dicitur, id sensu caret; postulatur: Hector solus (cf hoc de loco appendicem; *I* 354 fagus memoratur). — Denique in versu 41 poeta voce ἀγαστάμενοι singulariter utitur, cum utrum de admiratione (cf. *H* 404, *I* 431 etc.) an de ira (e. g. § 565) vocem intellectam voluerit, dijudicari vix possit.

Vt summam faciam, versibus 24/7 et 33/5 (et 38?) exceptis totum episodium quod est de colloquio deorum compilatori tribuere cogebamur. Nam ubi certa carminum fragmenta existunt, eiusmodi ineptias non inveniri videbimus. In iis quae deleta sunt, deorum consilia, quae ad carmen ex duobus illis compilandum non quadrabant, accuratius exposita fuisse probabile est.

Vss 44/5 coniungi non posse supra memoravi. A compilatore nihil nisi primum versus 44 verbum immutatum esse mihi non improbat videtur (e. g. pro *τῶν*: *ἄλλ*). Nam cum Helenum sua sponte fratrem adire in versu 48 legamus (ἢ ἡ αὐτή μοι τι πίθοι), fieri non potuisse, ut di eum haec facere iusserint, appareat, sed eum, ut erat vates, deorum voluntatem (neque vero Apollinis et Minervae) divinasse nobis efficiendum esset, etiamsi ea in versu 44 non legeremus. Num 48<sup>b</sup> compilatoris sit, nescio. Nam iure Koechlii in

particula δέ pro γάρ offendit, neque Hector fratri grati quiequam facit, cum ei obsecutus dis oboediat. Vtrum 49/51 — sive omnes, sive 49 solus — compilatori, an certaminis poetae tribuendi sint, dijudicare non ausim, neque magis, versusne 53 vetustus an discrepantiarum obtegendarum causa adiectus sit. Certaminis poetae eos tribuerem, nisi difficile esset dictu, quis ea verba fecerit. (Praeterea di statim Hectorem ipsum adire potuerunt quamquam poetae eiusmodi quid praescribere non licet.)

*H* 54/6 = *Γ* 76/8. Libri *Γ* versus 76/7 aptissimos hinc sumptos esse nemo suspicabitur. Sed *Γ* 78, quem cum in Ven. *A* desit, ab Aristarcho omnino non lectum esse probabile est, ex l. *H* invasisse veri simillimum mihi videtur.<sup>1)</sup> Nam ἰδρίειν, — εσθαί apud Homerum semper proprio significatu usurpatum (hi sunt loci: *B* 191, *O* 142, *γ* 37, *ε* 86 [*H* 55, *Γ* 78]). Quod ad l. *H* attinet, Troianos statim considere iam mirum est, multo autem absurdius, Achivos Agamemnone iubente idem facere, antequam quid Hector vellet comperissent. In l. *Γ* Agamemno cum Hectori orationem habere in animo esse cognoscat, Achivos tela iacere vetat. — In versibus *H* 58/60 de dis fago incidentibus agitur. Si vss 56/60 unius poetae essent, legeremus: καδ δὲ καὶ Ἀγημένης τιλ; deinde particula ἄρα hoc in contextu non intellegitur. 57 igitur et 58 coniungi non possunt, et versum 57 compilatoris esse mihi quidem non incredibile videtur. Certo enim vss 61/2 eius sunt, in quibus plane eadem narrantur, quae in versibus 63 sqq exponuntur. In verbis ἀνδράσι τερπόμενοι iure Koechlius offendit („satis pueriliter“). Immo certaminis spectandi causa eos illuc se contulisse putandum est. Ad verba ἀνδράσι τερπόμενοι vss 29 sqq conferendi sunt, quos compilatoris esse vidimus. Vtique enim loco di bellum dirimere cupivisse dicuntur.

<sup>1)</sup> Eiusmodi res haud ita raro accident. E. g. v. E 890 a versu A 176 pendet, cuius clausula multo melior est. Postea ineptissime v. E 891 etiam in libro A adiectus est.

Ex versibus 61/2 Robertus (pg 26) in l. *H* exercitus aliter atque in l. *Γ* armis Ionicis ornatos esse concludit („Sie legen die Waffen nicht ab, dass sie den Panzer nicht ausziehen, ist selbstverständlich, aber auch den Schild behalten sie am Arm und den Speer in der Hand“). Sed et Menelaum (101. 3) et Aiacem (206 sq) arma induere neglexit, quin Menelaus thoraca exuit (121 sq), de quo agi Robertus ipse exponit (pg 169). Quam discrepantiam quod ad Aiacem attinet, iam Koechlius cognovit (pg. 23).

In versibus 63/72 inconcinnitates non inveniuntur. Ex 63/6 Achivos et Troas revera ante provocationem consedisse sequitur. Itaque si quis dubitet, num versum 56/7 inepitiae huic poetae tribuendae sint, tamen versum 57 ei qui sequitur adaptatum esse paene pro certo habeo; nam nimis alter ad alterius similitudinem accedit, quam ut id casu accidisse credibile sit, qua de causa ne hoc quidem probabile mihi videtur vss 58/60 ex alio eiusdem carminis loco a compilatore post versum 57 transpositos esse, versu 57 non immutato. Nam, si recte iudicamus, vss 58/60 fragmentum eius carminis praebere, cui 63 sqq tribuendi sunt apparent. Hectoris enim orationem ad certamen singulare pertinere superfluum est memorare.

*H* 66/7 = *Γ* 85/6 utroque loco offensionibus non earere videntur. In versibus libri *Γ*, ut ab hoc loco incipiam, in constructione verbi κλίειν offenditur. Neque enim usquam κλίειν τινός τι dicitur, „nisi ita ut genetivus ab accusativo nominis pendeat“ (Schulze, Quaest. ep. pg 396; cf e. g. μ 221 = 340 = ς 189). Qua de causa Schulzii ex vocabulo κέκλιτε quasi alterum κλίτε subaudiendum esse iudicat, cui adnectatur obiecti accusativus. Sed primis libri *Γ* cunctum versibus diligenter perfectis aliud quid mihi veri similius visum est. Compluribus enim locis carmen graviter mutilatum esse probatur, quod non ita mirum est, si qua de re quidem non dubito, in l. *Γ* qui primus in bello accidit congressum Menelai et Paridis

describi recte putatur. Nam vss 21/37 aliter intellegi vix possunt. Haec autem sententia si vera est, nonne si compilatori, qui certamen ad decimum annum belli adaptavit, nihil immutandum fuisse, multo magis mirum eset? E. g. vss 18/20 sine dubio interpolati sunt, quos iam Zenodotus obelo notavit; neque enim quemquam et gladio hastisque duobus et arcu instructum esse excogitari potest; non igitur recte Aristarchus versibus 19/20 damnatis contentus erat (legit in versu 18: *αὐτὰς δοῦρε δύω*; Zenod: *αὐτὰς ὁ δοῦρε δύω* ita ut versum cum iis quae secuntur cohaerere clarum sit). Deinde quid in verbis: *προκαλίζετο πάντας Ἀχαιούς* offendat, Didymus bene exposuit: itaque quin 18/20 eiciendi sint, non dubito multorum exemplum secutus. A versu 21 usque ad 40 omnia optime procedunt. Post hunc versum nonnulla excidisse censeo. Nam mihi quidem ut v 41 copiosioris depreciationis clausulam praebat, postulandum videtur. Nimirum eum versum, quem Dionysius Scytobrachion adiecit, ineptum esse manifestum est, cum ne Odyssea quidem (§ 12 sqq) liberos Paridis et Helenae noverit.<sup>1)</sup>

Vss 55/6 cum iis quae praecedunt, non cohaerere perspicuum est. Agitur de duplice mortis genere: 56/7 ad supplicium a Troibus sumendum, 52/5 ad mortem Paridi a Menelao afferendam pertinent. Similiter accusativus *χατηγείν* (v. 51) cum iis quae antecedunt, coniungi non potest, quod iam veteres intellexisse ex lectione Zenodotea *χατηγείη* appareret. Haec enim conjectura facta est, ut offensio tolleretur. Praeterea verba *δυσμένεσιν μὲν χάρημα* hoc quidem in contextu sensu carent. Neque enim quisquam Achivos gavisos esse, quod Paris Helenam abduxisset, neque alios Troianorum hostes respici putabit. Sed inter 50 et 51 (non inter 49 et 50) sententiam hiare et cum versibus 46/50 vss 56/7 coniungendos esse Schwartzius vidit, qui has duorum poetarum tractationes compilatas esse iudicat:

<sup>1)</sup> Vocem *ἄγορος* natum non esse significare plane appetit et ab Ebelingio recte contra Ameisium expositum est.

1) 45, lacuna, 51/5; 2) 45, 46/50, 56/7. Ad priorem illam, ubi de donis Veneris agitur, Paris respondebat, cuius oratio integre ad nos pervenit.

Vss 76/8 supra tractavimus. In versibus 79/80 cum sagittarum et lapidum mentio fiat, hastas, tela usitatissima, prorsus silentio praeteriri memorabile est. Neque vero ea in re offendendum esse, sed milites leviter armatos prima in acie pugnare efficiendum Schwartzius me docuit, qua cum interpretatione vss 16/7 optime congruunt.

Iam ad 95 sq transeamus. Postquam Hector fratris propositionem protulit, omnes Achivi conticuisse dicuntur; qua de causa, prorsus non intellegitur. Plane aliter in l. *H* (90) res se habet. Illic Achivi conticessunt provocationem accipere veriti. Praeterea si *K* 219/20 = *G* 95/6 excipimus, verba:

*οἱ δὲ ἄρα πάντες ἀχήν ἐγένοντο σιωπῆ*  
ubique haec: *ὁψὲ δὲ δή ... ἀνίστατο* vel *μετέειπεν* secuntur (*H* 92 sqq, 398 sqq, *I* 28 sqq etc). Neque vero versu 95 carere possumus, quamquam ineptus est, quoniam verbis: *ῳς ἔφαθ* opus est. Atqui ex verbis: *τοῖσι δέ καὶ μετέειπεν* (96) et:

*κέκλιτε νῦν καὶ ἐμεῖο, μάλιστα γάρ ἄλγος ἵκανει  
ὢνυδόν ἐμόν* (97/8).

iam plures ante Menelaum locutos esse sequi videtur caque ut deleantur, 95 insertum esse puto, probabiliter ex *H* 90. Nam utroque in libro versus statim post provocationem legitur, et retractatorem libri *G* id carmen quod est de certamine iam novisse postea aliis quoque ex locis apparebit.

Vss 99/100 qui ad initium belli non quadrant, recentes esse clarum est. Schwartzius 99/102 retractatori tribuendos censet; primum inter 98 et 99 sententiam hiare (verbo *γρονεῖν* interpolator singulariter utitur), deinde 102 cum 98 male concinere.

Denique ad 86/7 revertamur. Hanc libri *G* partem gravius retractatam esse vidimus. Itaque etiam inter 86 et 87 aliiquid excidisse arbitror fortasse huius-

modi: Vnius mulieris gratia duo populi bello se persecuti sunt. Nonne deliberandum est, num tales nugae dignae sint, ex quibus tantae calamitates oriantur? (Ad decimum belli annum talia non quadrant.) Immo accipite μῆνον Ἀλεξάνδρου τὸν εἶνεκα νεῖκος ὅρωρεν. Poeta alterius libri *H* partis versum *Γ* 87 iterum a versu 86 removit: *H* 368.74 = *Γ* 86/7. —

Hactenus de introductione certaminis Menelai et Paridis. Redeamus ad l. *H*, cuius in versibus 66/7 = *Γ* 85/6 substitutus, in quibus permultis viris doctis compellatio: Τρῶες καὶ ἐνκυνητίδες Ἀχαιοί offensioni erat, qui quidem vss 69/72 eiciendos censerent, neque si isti delendi essent, allocutionem ineptam esse negari posset, quia in reliqua orationis parte Hector Achivos solos adit. Displicuit illis foedera libri *Γ* hic respici, et quod e. g. Hauptius (Lachmann, Betr. z. II., Anh. pg. 110) ut praecipue Menelaus ad haec respondeat, postulat, optimo iure eum hac in re offendisse concedo; neque vero Menelai orationem eiusdem poetae esse atque 66 sqq videbimus. Deinde vulnerationem Menelai neglegi gravissimum est, quamobrem nonnulli non libri *Γ* ὄρχια, sed alia nobis ignota respici opinati sunt (Jakob, Entst. d. hom. II. u. Od.; Benicken, Üb. *H* 69/82, Ztschr. f. östr. Gymn. 1887), sine dubio iniuria. Sed cum haec ita se habeant, hunc poetam id carmen, quod dicitur Όρχιων σύγχνως nondum novisse manifestum est, neque ut Schwartzius me monuit, dubitari potest, quin ea ὄρχια respiciantur, quae ut post certamen fiant, Hector *Γ* 94 proponit. Propterea vss 69 sqq interpolatos esse incredibile est, immo efficitur ex iis, in carminis prooemo prioris illius certaminis mentionem factam esse, quod haud ita absurdum mihi videtur, quoniam poeta illud imitatur neque fieri potuit, quin permultis auditoribus eius in mentem veniret; deinde ex eo quod foedera illa respiciuntur, hoc certamen brevi post illud commissum fingi sequitur. Versum 73 „iam propter vocem Παναχαιῶν superfluam“ Bergk (Gr. Litt. Gesch. I pg. 583) una cum 69/72

damnamendum atque 69/73 aliorum loco insertos esse putavit. Neque sine offensione versum dici perspicuum est. Nam inter omnes Achivos etiam optimos inveniri clarum est, an non omnes Achivos ante Troiae portas pugnare intellegendum est? Accedit, quod v. 73 cum iis quae antecedunt coniungi non potest, sive lectionem nostrorum codicum ab Aristarcho repudiatur: ἕμιν μὲν γὰρ ἔστιν, sive alteram Aristarcheam: ἕμιν δὲν γὰρ ἔστιν probamus. Neque enim, quod ad sensum attinet, illud ὄρχια μέν et hoc ἕμιν δέ sibi respondent. Itaque versum 73 a compilatore ex 159 sumptum et inter 72 et 74 nonnulla deleta esse statuendum est, quae propterea eicienda fuisse puto, quod ad ea foedera, quae nunc in libro *Γ* describuntur, et ad Menelai vulnerability non quadrabant. Altera pars orationis inde a versu 74 offensionibus caret. Itaque vel Koechlius, qui ob detrectationem huius carminis a posterioribus graviter vituperatus est, sic iudicat: „Hectoris oratio ... inter meliores est rhapsodiae nostrae partes.“ Hic igitur certum eius carminis, in quo de certamine agebatur, fragmentum habemus. Poetam inter optimos numerandum non esse cum aliis ex rebus tum inde cognoscitur, quod hemistichio τείχεα συλήσας bis uti veritus non est (78, 82). 79/80 = *X* 342/3; ad 76 sqq cf *X* 254 sqq. Versibus 88/91 vss 301/2, qui in fine huius carminis leguntur, respondent, unde si quis adhuc ea de re dubitet, certamen in carmine singulari descriptum esse ad certum redigitur, cum istis verbis aperte carminis exordium et epilogus designetur. Eiusmodi igitur ornato rhetorico poeta delectabatur, cum quod ad argumentum attineret, inepte aliud carmen imitaretur, quia novi quid excoxitare non potuit. —

Cum Achivi provocationem accipere dubitent, Menelaus surgit, ceterorumque ignavia increpita ipse ad pugnam se parat. Menelai orationem „inter probatissimas nostrae rhapsodiae partes“ esse Koechlius censet, quin ne optimis quidem carminibus iure eam postponi addiderim. Ad quantam veri similitudinem

et regum pavorem et Menelai indignationem expressit verbis:

*Ἄλλ' ἵμετς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε καὶ.*  
Tragicus autem color consilio eius datur, quod ipse se Hectori imparem esse non nescit. (Cf ea verba, quae ante pugnam cum Achille committendam Hector facit, Y 434 sqq.) Quae usquam melior aptiorque oratio invenitur?

Ad verba *αἰρόθεν αἰρῶς* (97) cf *οἰόθεν οἴος* (226), quae altera alteri poetae non tribuemus. —

Ne Achivi Menelaum mortem haud dubiam optere patientur, flagitatur; ac profecto confessim reges advolare, ut cum prohibeant, legimus Agamemnonique contingit, ut fratrem ab incepto revocet. Hactenus igitur omnia optima sunt. Vss 113/4 multi ut ineptos damnavere, quia quod in iis Achilles cum Hectore manus conserere veritus esse narratur, hoc cum ceteris rebus ab eo gestis disrepare iis videbatur; atque certo, quis ex ceteris Hectori par sit, quaeren dumest, si ne Achilles quidem ei occurrere ausus est. Praeterea dissologia versuum 114 et 111 offendit: *σεν ἀμείνοντι φωτί — ὅς πέρ σεο πολλὸν ἀμείνων.* Itaque 113/4 eiciendos esse non prorsus incredibile mihi videtur. Tamen si delendi sint, una cum iis versum 112 damnandum iudico:

112: *"Εκτορι Πριαμίδῃ τόν γε στυγέουσι καὶ ἄλλοι"*<sup>1)</sup>

115: *'Αλλά σν μὲν νῦν τέσεν λών μειὰ ἔθιος ἐταιρων  
Τούτῳ δὶ πρόμον ἄλλον ἀναστήσοντιν Αχαιοί,*

Num ex iis qui Hectorem ipsi timent? Quomodo 111 et 115 coniungantur, nihil impedire. Neque vero, si iure de 112/4 dubito, idem rhapsodus 112 et 13/4 adiecit. Nam 112 a rhapsodo quodam additus esse videtur, qui Hectorem respici apertius dicere voluit. Talium interpolationum exemplum manifestis-

<sup>1)</sup> 112 b = O 163. 187; cf P 203.

simum versum Θ 235 existimo quem et Aristophanes et Aristarchus obelo notaverunt:

*Πῆ ἔβαν εὐχωλαί . . . ἄς . . . ἡγοράσθε  
Τρώων ἀνθ' ἔκαστον . . . ἔκαστος*  
234 *Στήσεσθ' ἐν πολέμῳ, νῦν δ' οὐδέ ένός ἄξιοι εἰμεν*  
[*Ἐκτορος, ὃς τάχα νῆσας ἐνπρήσει πυρὶ κηλέῳ.*]  
Cf ad hanc codicum lectionem Θ 217, O 507. Aristarchus legit:

[*"Ἐκτορος, φῇ δὴ κῦδος Ὄλύμπιος αὐτὸς ὁπάζει.*]

Cf e. g. Θ 141. Hic quamquam v 234 ad Hectorem ne spectat quidem, vel plures rhapsodos eum intelligendum putasse videmus. Neque eadem de causa, scil. ut Hectorem respici exponatur, versum H 112 adiectum esse improbabile existimo. Sed etiam versum 113/4 interpolatio similiter explicanda mihi videatur; additos enim eos esse puto, ut unus ex iis, qui Hectorem reformidabant, nomine designaretur. Id si recte suspicatus sum, 112 et 113/4 eiusdem non esse appetat; atque versuum 113/4 offendentes omnes interpolatori tribuendas esse iudico, qui illustrare voluit, quantum periculum ii subirent, qui cum Hectore manus conserere auderent, neque extiisse locum, ubi revera Achilles Hectoris pugnam consulto evitavisse dicebatur, concludere necesse est.

Ex versu 115 (si vetustus est) Achivorum duces suas quemque inter copias consedisse sequitur. V 116 certe genuinus est; haec enim ab iis dici, qui Menelaio persuadere cupiverunt, ut a consilio certandi desisteret, oportebat.

Versum 117/9 tractatione ad posteriorem locum prolatâ ea, quae Agamemnonis oratione habita facta sunt, consideremus. Menelaus ministrorum opera thoraca exuit. Ad induendum eorum auxilio opus fuisse non audivimus, immo si 120/2 non extarent, quin in versu 103 de scuto quadrato ageretur, nemo dubitaret. De regibus nihil legitur. Quamquam Menelaum ut nimis infirmum prohibuerunt et Agamemno alium pugnatorem surrecturum promisit, tamen nemo se offerre

audet! Itaque Nestor longa oratione eos increpare cogitur. Neque vero ullo verbo Menelai mentionem facit, qui in optimis certe non habetur (159). Sed ut Nestor exemplum Menelai deterioris fortissimis illis ante oculos ponat, flagitatur, et ex eo, quod nihil eiusmodi dicitur, ea, quae de Menelao et Agamemnnone sunt, non omnibus temporibus ante Nestoris orationem extitisse pro certissimo habeo. Menelaus suas ad copias reverti iubetur (115) quamquam eum illinc progressum esse non comperimus, et difficile est dictu, quando fieri potuerit, ut illinc progrederetur. Ut ad arma perveniret (cf *I* 113 sqq, 326 sq)? Hoc certe ex versu *H* 103 concludi non potest. Revertetur postea ad hanc difficultatem. Reges, quos a sedibus suis profectos esse legimus, eo redire non dicuntur, quod sine dubio exponentum erat; nam in versibus 161 sqq surgere dicuntur; praeterea 183 sqq apud suas quisque copias versatur (quos versus compilatoris esse videbimus). Eosne eo redisse *χατὰ τὸ σιωπώμενον* efficiendum est? Atque ineptum est putare, eos id fecisse, quasi sua nihil interesset, num quis pugnator inveniretur. Sed Menelai et Nestoris increpationes variis carminibus tribuendas esse peritos iam dudum intellexisse confido. Ut statim post Agamemnonis orationem nonnulli ex regibus ad certandum se offendant, flagitatur. — Sine dubio hic iterum duo eorum carminum fragmenta extant, quorum de initiis supra egimus. Praeterea ob similitudinem carmina illa contaminata esse non nimis audacter conjectum arbitror. Atqui Nestoris orationem ad id carmen, quod erat de certamine, referendam esse ex narratione eius sequitur, cuius summa haec est, se adulescentem hostis fortissimi multoque maioris natu provocationem accipere non dubitasse. Ergo Menelai incepta alteri carmini tribuenda sunt.

Iam 117/9 tractemus. Ad 118/9 cf 173/4. Vtrosque versus nonnulli viri docti damnaverunt. Vtri vetustiores sint, ex ipsis non appetet. Itaque num

172/4 compilatoris sint, postea diiudicabimus. Priore autem loco magis quam in versibus 118/9 in versu 117 viri docti offenderunt. Primum vocis *ἀδειής* litteram *ϝ* neglegi displicuit. Vocabulum hoc loco excepto nisi de compellatione (*χίον ἀδδεές*, ter) non diciatur. Praeterea neglecta *ϝ* iniuria secunda syllaba produci videtur. Neque enim ea littera electa productio metro postulabatur (*ἀδείς*, — — ; *ἀδϝε[ι]ης*, — —). Si versus integer est, olim in usu fuisse formam *ἀδϝειής* concludendum puto, ex qua littera *ϝ* neglecta orta sit illa quae traditur: *ἀδειής*. Deinde particulam *ει* initio periodi secundae repeti offendit, quoniam periodos arte inter se coniungendas esse cum ex sensu tum ex particulis *τέ·και* sequitur. 117 igitur certe compilatoris est.

Vtrum 118/9 ex iis, quae olim Agamemnonis verba sequebantur, servati an a compilatore ex 172 sqq desumpti sint, postea diiudicabimus. Vss 120/2 permisso esse supra exposuimus eosque a *Z* 60/1 pendere ex eo quod in libro *H* verba: *ὅ δ' ἐπείθετο* superflue adiciuntur, sequi iam observatum est. Itaque quin compilatori tribuendi sint, nemo dubitabit.

Ex Nestoris orationis initio iterum certaminis poetam non plurimi aestimandum esse appetet. Nam Pelei mentionem ineptam et ex imitatione libri *A* (254) ortam Koechlius (pg 16 sq) iure vituperavit. Ne Zenodoti lectionem *μειρόμενος μέγ' ἔστενεν* probemus, monere superfluum puto. Cf etiam Aristonici scholium.

Iam de geographia Celadontis, Iardani, Pheae agendum est. Verba: *Ιαρδάνον ἀμφὶ ἔεεθρα* (135) cum illis *ἐπ' ὠκυρόφ Κελάδοντι* (133) non concinere, nisi Celadontem in Iardanum influere efficimus, Bischoffio (Schweinfurt. Progr. 1875 pg 7) et Hentzio concedo. Neque vero ullis aliis argumentis conjectura nititur, et probabiliter si res ita se habuisset, poeta id copiosius exposuisset: ex ipsis verbis, quae hic leguntur, num iure talia concludantur, valde dubito,

immo hoc Koechlii verba quadrare mihi videntur, quae in pg 12 facit: „Possunt nimirum explicari multa, quae non debent.“ Neque quisquam quod sciām ex veteribus interpretib⁹ duo flumina memorari iudicavit. Tum eos facere non potuisse existimo, quin 135 damnarent, quod ex nostrorum temporum viris doctis Duentzerus (Hom. Abb. 295) et Christius — sine dubio iure — fecerunt. Sed singulas veterum lectiones interpretationesque consideremus. Permulti voces κελάδων et ἀκραός epitheta fluminis Iardani esse interpretati sunt; cf Aristonici scholium ad 133; schol D (Bekker): διὰ τὸν ἵχον τοῦ ὁένυματος οὔτως εἶπε τὸν Ἰάρδανον, ὃς ἐστι ποταμὸς Ἀρκαδίας. Interpretationem falsam esse iam Eustathius recte exposuit. Sed etsi Celadonta fluminis nomen esse negabant, tamen difficultates geographicae extabant, quae in altera parte scholii A versui 135 adscripti exponuntur, ubi Didymi argumentationes proferri ex fine discitur. Quia enim Phea urbs maritima erat, neque vero Iardanus flumen apud illam inveniebatur, pro Φειδης Φηρᾶς legere voluit.<sup>1)</sup> Itaque apud Pheras Iardanum extare Didymum censuisse sine dubio hinc conficiendum est. Nam in eo maxime grammatici haesisse videntur, ubi Iardanus fluxisset. Nonnullos Iardanum flumen Arcadicum habuisse et ex schol D quod supra excipisci, et ex his scholia Ven A verbis efficitur: Φειδης δὲ πόλις τῆς Ἡλιδος, οἱ δὲ τῆς Ἀρκαδίας, παρ' ἧν ὁ Ἰάρδανος ψεῖ. Quia in Arcadia Iardanum flumen inveniri istis interpretibus constabat, Pheam quae παραθαλάσσιος urbs erat, item eo transponere cogebantur, i. e. non illam omnibus notam respici iudicabant, sed cognominem quandam. Didymum in iis fuisse, qui Iardanum in Arcadia fluxisse putabant, iam inde confici videtur, quod

<sup>1)</sup> Dindorfium ex verbis scholii A corrupte traditis iure versum H 135 (cum Φηρᾶς pro Φειδης) restituisse appetet. In iis quae praecedunt, forsitan: καὶ[ό] Ἰάρδανος οὐχ ὄραται [ποταμός] αὐτός legendum sit. Lectionem Φηρᾶς etiam schol T testatur.

scholiasta non dicit, ubi Phera illa Didymea, παρ' ἧν ὁ Ἰάρδανος ψεῖ, sita fuerit; nam quoniam in ea periodo quae praecedit, Iardanum flumen Arcadicum esse expōsūt, si Didymus hanc sententiam non probasset, sine dubio, quae eius opinio esset, nos docuisset. Ceterum hoc verum esse aliis argumentis, postea probabitur. — Quaerendum est, unde illi Iardanum in Arcadia extitisse, effecerint. Hanc unicam sententiam non fuisse ex Strabone discitur, qui duobus locis alias interpretationes profert hac prorsus neglecta: 1) VIII 342, ubi Artemidorum Ephesium exscribit (cf. Schwartz. ap. Pauly-Wiss. s. v. Apollodor. No. 61). Is amniculo cuidam, qui non longe a Phea in mare effundit, olim nomen Iardano fuisse opinatur, quam coniecturam factam esse mirum non est. Alteram opinionem ab hac plane alienam, quam eur antiqui excoxitaverint non minus perspicuum est, postea accuratius tractabimus (Strab VIII 347/8). Celadontem, quem utroque loco silentio praeterit, flumen esse geographum non putasse clarum est. Atqui in Arcadia flumen inveniebatur, cui nomen Κελάδων vel Κελάδων erat: Paus. VIII 38,9 Cela dum in Alpheum influere docet; Κελάδων, Hesych. s. v.; Callim h. 3,107. Gravissimum autem schol D est: ...Ἰάρδ. ὃς ἐστι ποτ. Ἀρκαδίας ἐν ἄλλῳ Κελάδων ποταμός Ἀρκαδίας. Manifestum mihi videntur Iardanum interpretes id flumen putasse, quod iam Homerus διὰ τὸν ἵχον Κελάδοντα εἶπεν. — Iam de lectione Φηρᾶς agamus. Vt eam ad Pheras Messeniacas referamus, fieri nequit, sed, ut iam commemoravi, Pheram esse urbem Ἀρκαδίας, παρ' ἧν ὁ Ἰάρδανος ψεῖ interpretandum est, quod hac Bischoffii conjectura (Schweinf. Progr. 1875 pg. 10) confirmatur. Is enim ex eo quod Diocles, Phærarum rex, Alhei filius fuisse fertur (E 544, γ 487 = o 187), antiquissimis temporibus ad Alhei ripas Pheras quasdam extitisse confecit<sup>1)</sup>. Celadonta Arcadicum in Alpheum

<sup>1)</sup> Cetera eius argumenta aut nihil valent aut incerta sunt. Agitur de Pyli situ et de discepantia ea, quae inter I 156 sqq et ceteros Iliidis et Odyssae locos extat.

influere supra memoravimus. Quae genuina huius loci lectio fuerit, dijudicari non potest, antequam alter Strabonis locus tractatus est (Strab. VIII 347/8), ubi geographus Apollodoro auctore usus (cf. Schwartzium l. l.) haec exponit: Ex eo quod ad Acidontis, fluminis Triphylici, ripas Jardani pratum sepulcrumque extiterit, nonnullos ibi pugnam inter Arcades et Pylios commissam esse effecisse et verborum *Κελάδοντι* et *Φειᾶς* loco *Ἄξιδοντι* et *Χάας* legisse. Chaam enim urbem ibi pristinis temporibus fuisse non multum ab eo loco, quo ipsius aetate Lepreum situm sit. Hic igitur verba: *'Ιαρδάνον ἀμψὶ ϕέεθρᾳ* de heroe intelleguntur. De Paus. V 5,9, qui Acidanti (cf. quae de nomine Celadontis exposuimus) ipsi olim nomen lardano fuisse hominem quendam Ephesium contendisse fingit, quamquam Apollodori sententiam profert, cf. Schwartz. ap. Pauly-Wiss. I. l. „Certe *'Ιαρδάνος* nomen fluminum indeque heros derivatus est; nam etiam flumen Creticum ita nominabatur ( $\gamma$  292). Tres igitur lectiones traduntur: *Φειᾶς*, *Φηρᾶς*, *Χάας*. Ex iis *Φειᾶς* propterea certe damnandum est, quia neque Arcades Pyliosque ibi ullo tempore congressos esse verisimile est, et unum Pheae nomen posterioribus quoque temporibus usitatum erat, cum cetera obscura essent. Schwartzius lectionem *Φειᾶς* alicui deberi censet, qui Pylum Eleam respici opinatus sit, idemque *Φηρᾶς*, atque *Χάας* falsam esse lectionem mihi persuasit; primum enim ad Alipheram, quae urbs in ea Arcadiae regione extabat, de qua agitur (Paus VIII 38, 9), deinde ad Gortyna Arcadicam animum advertit, ad quam Gortyna Cretica ( $\gamma$  294) conferenda est pariter atque ad Iardanum Arcadicum flumen Creticum homonymum ( $\gamma$  292). Lectionem *Χάας* veram non esse forsitan iam inde confici possit, quod cum ea altera illa *Ἄξιδοντι* pro *Κελάδοντι* quae certe falsa est, cohaerere videtur. Schwartzius hanc conjecturam Pyli Triphylici gratia factam esse suspicatur. Ad Acidontis ripas Jardani sepulcrum

extare sine dubio iidem contendebant, qui hanc lectionem veram esse putabant. Quamcumque autem lectionem adhibemus, 133 et 135 inter se pugnant, quoniam duo flumina commemorantur. Itaque quin 135 interpolatus sit ab aliquo, qui accuratius exponere voluit, ubi pugna commissa esset, dubitari non potest. Denique Araethi scholium (Ven. A et B ad A 319) memorare oportet, hominis cuiusdam Arcadis, quem saeculo a. Chr. n. quarto fuisse Schwartzius (Pauly-Wiss. s. v.) censet. Is ad Acidantem (Ven. B) certamen commissum esse contendit, Arcadesque Ereuthalione devicto Pylios aggressos esse et fugasse Arcadum gloriae gratia finxit. Quin epigramma fecit, ubi illa narrantur, (dicit enim Ereuthalionis amicos sepulcro titulum inscripsisse; num ipsius aetate sepulcrum extiterit, nescimus; probabiliter non extitit; nam epigramma illud revera ei quod herois esse putabatur sepulcro inscriptum fuisse (i. e. a recentioribus) absurdum mihi videtur putare). Epigramma in Ven. A corruptum, in Ven. B integrum esse monere vix opus est.

Nestoris hanc orationem illamque libri A, in qua 720 sqq Minyeius flumen memoratur, alteram ab altera pendere olim observatum est. Nam H 125 sqq ad eandem Nestoris legationem pertinere, ad quam A 760 sqq spectant, apparent. Accedit quod versu: *εἴσ' ᾥς ιθώουμι βίη τέ μοι ἔπιπεδος εἴη* quo in l. A Nestoris narratio introducitur (670), eodem ea, quae in l. H extat, finitur (157), atque ex eo quod etiam in libris Ψ (629) et Σ (468) versus initio narrationis invenitur, cum in l. H versibus 132/3, unde narratio incipit, eadem fere legantur atque postea in versu 157 (*αἱ γὰρ . . . ἱβῆμι*, *ῶς ὅτ' οὐλή*), librum H recentiorem esse quam l. A sequitur. (Poeta l. A multo melius inter voces alternat: 762: *ῶς ἔον*, *εἴ ποτ' ἔον γε μετ' αὐδράσι*). Num libri H poeta vss A 767/85, qui interpolati sunt, iam noverit, dijudicari vix potest, quod scire velim quia si eos nondum noverit, ex eo quod uterque poeta tam obscure loquitur, ea quae bellum

antecesserunt, omnibus nota fuisse concludendum est. Plura de hac libri *A* parte in appendice dicemus. Carmen quod est de certamine in recentibus ducentum esse etiam ex ferri mentione appareat (141). Neque autem graves inconcinnitates vel ineptiae versu 145 delecto inveniuntur; itaque Koechlius hic quoque poetam „orationem non male pro suo quidem ingenio elaborasse“ confitetur; ubicumque continua veterum carminum fragmenta extant, ibi talia, qualia initio huius libri legimus, non inveniuntur.

Iam ad intricatissimam huius libri partem accedimus. Nestoris oratione habita novem heroes ad pugnam se offerunt (161/9). Catalogum ad id carmen, in quo Agamemnonem fratri, ut a pugnandi consilio desisteret, persuasisse legimus, non quadrare ex ea Agamemnonis mentione, quae in versu 162 fit, conficio. Illic enim sine dubio Agamemnon ipse ut alius pugnator inveniretur, efficit (116). Hic autem una cum ceteris surgit; praeterea quod reges hic surgere dicuntur, hoc ad 106 non quadrare supra commemoravi. Sed illie quoque multos se obtulisse ex eodem versu 106 efficio, unde unum ex iis eligere etiam illuc necesse fuisse sequitur. Nam de pugna cum Hectore committenda illo quoque in carmine agi ex Menelai Agamemnonisque verbis appetet, neque vero de certamine rem esse videbimus.

Ex ea ratione, qua catalogus compositus est, poetam librum *A* (575 sqq Eurypylus) et pugnam navalem (in l. *N* Idomeneus et Meriones magnas partes agunt, Thoas tantum in versibus *O* 281 sqq iudicatur, praeterea Neptunus *N* 216 sqq eius figuram usurpat) novisse Koechlius conclusit (pg. 20).

Menelai nomen, quod in catalogo deest, a compilatore deletum non esse ex ordine herorum appetet. Nam honoris causa ab Agamemnone incipit poeta; secuntur Diomedes et Aiaces, Achivorum haud dubie fortissimi. Hic aliiquid immutatum esse veri simile non est, sed poetam, si Menelai mentionem facere

voluisse, una cum fratre cum memoraturum fuisse induco. Conferamus libri *O* catalogum huic simillimum (262 sqq). Ibi Diomedis qui primus fossam transgressus est, virtute summis laudibus elata octo heroes enumerantur, qui cum subsecuti sunt, atque primo loco Agamemno et Menelaus Atridae, deinde Aiaces, tum, pariter atque in l. *H*, Idomeneus, Meriones, Eurypylus, nonus Teucer, de quo in iis quae secuntur amplius agitur. Hunc catalogum a l. *H* pendere inde conficitur, quod unus versus 261, quem de suo poeta dedit, a verbis *τὸν δὲ μετ'* incipit, cum in ceteris versibus, quos ex l. *H*. sumpsit, hic quoque *τοῖσι δ' ἐπ'* legamus, quamquam non metro impeditus est, quominus verbis *τοῖς δὲ μετ'* pergeret. Praeterea eos duos versus qui ob vocem *ἄρτο* ad librum *O* non quadrabant, mutatos esse notandum est. Legitur enim illuc primis in versibus verbum *ἄρτο*, quod in proximis repeti necesse non erat, cum in l. *O* nusquam verbum inveniri displiceat, quae offensio item ex imitatione orta est. Si in versibus *O* 267 sqq Aiacis *σάκος ἐπιταβόειον* respiciatur, inde hunc poetam librum *H* iam ita, ut nostra in Iliade extat, legisse efficitur. Nam scuto ex septem pellibus composito Ajax, ut videbimus, in eo carmine armatus erat, quod de certamine non est et ad quod catalogum referendum non esse exposui. Etiam in tertio quodam Doloniae catalogo, *K* 227 sqq, Menelai nomen non desideratur. Ceterum catalogi librorum *H* et *K* alter alteri non tam similes sunt, ut poetam Doloniae illum libri *H* imitari appareat, cum vss *K* 233/40 ad *H* 109 sqq spectare manifestum sit. Quartus catalogus in libro *B* (404 sqq) traditur, ubi senatores nobillissimos Agamemno ad se invitati, cum Menelaus non vocatus veniat. Quodsi, qua de causa rhapsodus rem ita instituerit, quaerimus, Menelaum inter optimos sine dubio non habuit. Cum vero alterum Atridarum consilio non interfuisse narrare non auderet, non stulte ad haec perfugit. Nam vetu-

stioribus poetis ut ei, qui l. Γ fecit, Menelaum ignavum esse nondum constitisse pro certo habeo, neque hanc aestimationem libro **H** deberi improbabile mihi videtur. Nusquam igitur, ut vidimus, Menelai mentio non fit; itaque quoniam **H** 161 sqq eiusdem poetae non sunt, cui vss 90/116 debentur, quomodo fieri potuerit, ut Menelaus hic in enumeratis non inveniretur, quaerendum est. Si de compilatore agitur, omnia clara sunt, quoniam 90/116 antecedunt. Sed quamquam utrum catalogus vetustus an compilatori tribuendus sit, pro certo diiudicare non audeo, tamen, ut mox exponam, eum ex eo carmine, quod erat de certamine, desumptum esse credibilis videtur. Quae-rendum igitur est, cur Menelai nomen desideretur; neque enim casu id accidisse ex ceteris illis catalogis efficitur; atque aut ab altero illo carmine, ad quod Menelai Agamemnonisque orationes referenda sunt, hunc poetam pendere censendum est (quod non improbabile mihi videtur, quia carmina alterum alteri simillima sunt) aut quod hoc certamen non multo post alterum illud, quod in libro Γ describitur, commissum esse ex **H** 69/72 effecimus, propterea poetam ne mentione quidem dignum putasse Menelaum ad hanc alteram pugnam se non oblaturum esse. —

Progredimur ad alteram Nestoris orationem. V. 170 aperte ad priorem illam spectat. In eo qui se-quitur πεπάλασθε an πεπάλαχθε legendum sit, qua de re magna controversia extat, non dijudico. Satis est, sensum clarum esse. Schol **A**: οἶον κλήρῳ διακληρώσασθε. Iure Ο 191 et Ω 400 conferuntur, ubi verbi πάλλειν genus medium plane eodem modo dicitur. Forma πεπαλάσθαι(-χθαι) 331 legitur. Quod autem ad i. q. e. διαμπερές attinet, valde dubito, quomodo intellegendum sit. Veteres quantum cognosci potest, in eo consentiunt, quod vocabulum ad novem illos heroas referendum putant: ad unum omnes sortiri Nestorem iubere. Ven **A** (Nicanor): οἶον πάντες. Ven **B**: τὰ δὲ διαμ-περές τὸ διηρεχός, ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας ἐλθόντος

τοῦ κλήρου (i. e. τοῦ λαχμοῦ, v. initium scholii: κλήρῳ ἦτοι λαχμῷ) ὃ ἔστι διὰ πάντων. Schol. Ven. **A** falso versui 175 appositum idemque recte versui 171 super-scriptum: τοῦ κλήρου διὰ πάντων ἐρχομένον, ἀντὶ τοῦ πάντες. Ita Eustathium quoque intellego: (τὸ δὲ διαμ-περές) διά πάντων τῶν ἐννέα · διὸ ἐπάγει · οἱ δὲ κλῆρον ἐσημάντο ἔκαστος (175; sine dubio premen-dum est ἔκαστος). Interpretationem veram esse non prorsus incredibile est (cf II 499: ἡματα πάντα διαμ-περές; v 47 διαμπερές ἵ, σε γιλάσσω ἐν πάντεσσι πόνοις; M 398 (ἡ ἐπαλξίς) ἐσπερο πᾶσα διαμπερές), ut sic interpretetur: quamquam alteros vestrum ad cer-tandum magis idoneos esse alteris non nescio, tamen sortimini πάντες διαμπερές. Neque vero aptiorem eam interpretationem esse puto hac: sortes prorsus per-miscete (confundite), cuiuscumque sors exiliat. Quod Hentzius ut singuli deinceps sortes notis designatas in galeam inicerent Nestorem mandasse intellegit hic neque de iniciendo neque de praecone per exercitum circum-eunte agitur, sed simpliciter haec legimus: „sortimini“, vel etiamsi vertas: „sortem date ad iactandum“, dandi notio verbo non inest, sed vertendo ori-tur; si germanice vertimus „Lasst schütteln“, res clarior fit: sortes non singillatim iactantur. Immo 171. 75 sqq et 183 sqq inter se discrepare conceden-dum est. — Vss 172/4 sine dubio eiciendi non sunt. Primum in iis causas contineri, quibus commotus Nestor suadet, ut sortiantur (scil. ne quis posthaberi videatur), Hentzius schol **B** secutus recte exposuit. Deinde quod poeta variis verbi ὄντες formis ludit, talia apud interpolatores inveniri non solent.

In versibus 175 sqq nihil de praecone legi, qui paulo post circumire dicuntur, ut sortes in galeam ini-ciantur, iam memoravimus neque eum circumire ne-cessere erat. Nam hanc sortitionem cum orationibus Menelai et Agamemnonis coniungendam esse videbimus, neque reges, qui advolaverant ut Menelaum prohiberent, ad suas sedes revertisse probabile est, qui quidem

ad pugnam nomen suum professi sint. Ceterum si quis mihi haec non concedet, certe praeconem circumisse ut sortes colligeret ex 174 sqq. *καὶ τὸ σιωπώμενον* concludi non potest. Si igitur 175 sqq. eiusdem essent atque. Nestoris narratio et catalogus, reges iniciendi causa ad galeam accessisse putandum esset neque eos dum Nestor iactaret ad sedes suas reddituros fuisse credibile est, cum ea re novam retardationem pugnae effici sine dubio non nescirent. Ad *H* 176 sqq. cf *F* 316 sqq. Tamen cum in hoc libri *H* loco nihil offendat, quod ex imitatione libri *G* ortum sit, immo libri *G* locus difficultates praebeat, nihil impedit, quominus librum *H* per se tractemus, antequam ad l. *G* accedamus. Quod ad *H* 179/80 attinet, uter Ajax respiciatur quaero. Cf librum *O*: 263 = *H* 164; 267 (Teucer) *στὴρ δ' ἄρε' ἦπ' Αἴαντος σύκῃ Τελαμωνίادο*. Praeterea in precibus nihil fere aliud ac nomina heroum proferri displicet (cf *G* 320 sqq., 351 sqq., etiam 298 sqq. et *H* 200 sqq.; e. g. exponi potuit, quibus causis adducti hos exoptarent). Etiam v. 182 cum precibus non bene concinit, quia non unus Ajax exoptatus est. Ad preccs postea revertetur. Ad 182 iterum cf. v. 331 sqq., unde apparet, Cycloiae poetam, qui inter vetustissimos Odysseae poetas habetur, 171 et 182 eodem in carmine legisse, neque eum iam carmen compilatum nostrae Iliidis imitari pro certo dicere audeo.

Progrediamur ad 183 sqq. Reges hic suo quaque loco sedere dicuntur (cf 115). In versu 184 hoc *πᾶσιν ἀριστήσουν* permirum est: praeconem pluribus sortem ostendisse quam ad pugnandum se obtulerant, absurdum est putare. Num poeta illos *ἐννέα πάντες* (161) omnes optimos esse intellexit? (Cf 159; etiam v. 251, *K* 560; hanc quoque ad quaestionem revertetur). Certe versum 184 cum 175 sqq. non concinere primum ex praeconis mentione conficitur (similiter de Menelai ministris res se habuit, qui in versu 103 non commemerantur, sed in versibus 121 sq., qui compilatoris

sunt), dein de ex eo, quod 184/5 etiam cum 182/3<sup>a</sup> non congruunt, ubi quae sors exiluerit, iam constare videtur. — Non leviores offensiones in versibus 186 sqq. inveniuntur. Clausulam versus 183 hic repeti gravissime displicet. In proximo versu accusativum *γαῖδημον Αἰαντα* expectari iam dudum observatum est; deinde in versibus 176 et 188 *ἐνέβαλε*, non *βάλε* legi dixerim. Praeterea ad *ἡ τοι ἵπεσχεθε κτλ* subito Aiakis nomen subaudiendum esse cum autea de praecone agatur subiecti mutatione non expressa, idemque initio versus 189 accidere hoc quidem loco notandum mihi videtur, quia ad ceteras offensiones haec accedunt; ea de quaestione, num interdum eiusmodi mutationes tolerari possint, non litigo. Denique Didymi ad versum 186 notam consideremus. Traduntur haec: *δικῶς, „ἄλλ’ ὅτε δῆ φ’ ἵκοντο“ καὶ „ἄλλ’ ὅτε δῆ τὸν ἵκανε“*. Lectio *φ’* sine dubio vetustior est, quia peius hunc ad contextum quadrat; neque enim quemquam pro voce *τόν* hanc *φα* substituturum fuisse credibile est, cum contrarium facile fieri potuerit. Atque offensio ea, quam loco integro lectio *φ’* praeberet, optime cum ceteris huius loci ineptiis congruit. Pro *ἵκοντο* *ἵκανε* restituendum esse ego quoque puto; nam ullo in exemplari *ἵκοντο φέρων* lectum esse credi nequit. — Ex eo quod in versu 187, qui pessimus et sine dubio compilatori tribuendus est, de sortium notatione agitur, hanc ab altero ex earminibus illis alienam fuisse efficio. Ergo etiam 184 sq. et 189 compilatoris sunt ex quibus hunc cum 188 conexum non esse supra dixi, et quod 183/5 sors nemini nisi ei, qui galeae eam iniecit, nota esse dicitur, notam aliquam, quae ceteris ignota erat, sorti inscriptam fuisse poetam putare appetat, i. e. v. 175 respicitur a poeta versuum 183 sqq., qui tamen eum, eius 175 sqq. sunt, reges suo quemque loco sortes inicientes non depinxisse itemque illic, postquam sors exiluit, statim, cuius ea sit, cognosci neglexit. Ergo etiam hinc vss 183/5 qui et ad 175 sqq. spectant et cum iis discrepant, compilatoris esse probantur.

Vss 175/8 et 181/2 eiusdem poetae esse etiam ex Γ 316 et 324 sqq. appareat.

Quodsi 183/5 compilatoris sunt, ut verba πᾶσιν ἀριστήσοσιν ad novem illos heroas referamus necesse est. Itaque hunc quidem poetam (i. e. compilatorem) versum 161 ita intellexisse puto, ut ante conieci, scilicet novem heroas omnes Achivorum optimos fuisse. Evidem nihil aliud inveni, quo haec difficultas tolli possit. Hemistichiorum 183 b et 186 b alterum sine dubio vetustum est. Atqui usque ad verba: δὸν ἄρετον αὐτοὶ (*Aīavros?*) fragmentum alterius carminis extat, cum 184/5 compilatoris sint. Ergo 183 b, qui nostro quidem in contextu cum iis quae secuntur cohaeret et certe cum 182/3 a coniungi non potest, compilatori tribuendus est, unde versum 186, in quo particula ἡ ατ quis offensioni erat, quae genuino in carmine sine dubio optimum sensum praebebat pariter atque e. g. Γ 51 accusativus κατηγείνυν vetustum esse efficitur. Etiam v. 188 procul dubio genuinus est, quem versum obscurum a compilatore factum esse nemo suspicabitur. Si eiusdem poetae esset, cui 175 sqq debentur, etiam in eo offenderemus, quod praeco sortem in manus singulorum incere dicitur, quia si eam ipse manu tenuit, non minus illi cognoscere potuerunt, num sors sua esset. 188 igitur ad 175 sqq non spectat; immo in eo fragmentum alterius sortiendi rationis contineri Schwartzius vidit, qui haec fere vetusto in carmine lecta esse arbitratur: Quot heroes nomen suum ad pugnam professi sint, tot sortes galeae iniectas esse, ex quibus uni nota inscripta sit; tum praeconem (oculis remotis) sortes distribuisse cuiusque in manus notata sors data sit, ei cum Hectore pugnandum fuisse.<sup>1)</sup> —

<sup>1)</sup> Ne quis tales sortitionem nusquam apud Homerum describi contra dicat, ea quae nostro in contextu traduntur, non minus singularia esse adnoto: nusquam praeconem circumire, nusquam sortibus notas inscribi legimus (cf. ι 330sqq; Γ 316 sqq; Ψ 353 sqq; 861).

Antequam utra utri carmini sortitio tribuenda sit, diuideamus, vss 191 sqq tractandi sunt. Vss 191/5 in quibus nihil offensionis inest, quin vetusti sint, dubitari nequit. 196/9 neque 195/9, quos antiqui damnaverunt, adiectos esse Wilamowitzius (Hom. Unt. 244 A) probavit. Neque vero 191/5 certaminis poetae sunt. Nam quod Wilamowitzius Aiacem ne Troum verbis nefariis preces irritae fiant, metuisse censem, quo iure Ajax Troianos Iovem ut suo pugnatori victoriam det, non imprecaturos esse suspectur, scire velim; id si non fecerunt, Hectorem non vincere vix mirum est (cf. Ψ 859 sqq). Γ 318 sqq utrique precentur, neque dubitari potest, quin Troes, etiamsi sua sponte id non fecerint, nunc cum Achivos precari intellegent, et ipsi preces facturi fuerint, et tum Achivos idem Troibus facie lieuit, quod illi antea iis fecerunt. Itaque illo metu commotum Aiacem Achivos mandasse ut, submissa voce precentur, incredibile est, sed providet, ne Troes precibus magna voce factis premature comperiant, quid moliatur. Nam altero in carmine eum ex improviso Hectorem petere mox videbimus et ut supra dixi iam Robertus intellexit. — Quae cum ita se habeant, vss 201 sqq, qui ad certamen pertinent, genuinos non esse appetat. Praeterea primo ab initio 178 sq et 201 sq eodem in carmine lectos esse improbable est. Immo preces alterae non vetustiores quam 196 sqq sunt: Si magna voce precari Achivi inbentur, ut preces ipsae proferantur, postulatur. Ceterum ex eventu certaminis confictae videntur, similiter atque Hectoris ἑδοεῖη (198 sq) ad 237 sqq spectat.

Denique v. 191 tractandus est. Verba ἡ τοι  
κατηγόρης ἐμός, si recte ea intellego, sic circumscribenda sunt: „Profecto ea sors, quae exiluit, mea est“, ut etiam nostro in contextu, ubi 189 antecedit, intelleguntur (quem versum genuinum esse non contendeo; cf. ad alteram partem 191/2). Num fieri possit, ut iure verba illa sic interpretetur: Sors ea, cui uni

nota inscripta est *< nunc >* mea est<sup>“</sup>, scil. mihi data, valde dubito. Poetam id apertius dicturum fuisse iudico. Id si recte effeci, 175/82 ei carmini tribuendi sunt, in quo Hector non provocavit. Accedit primum, quod preces priores (178/9), quae ad catalogum spectant (memorantur enim primi tres catalogi heroes, quem huius poetae non esse supra exposui, pg 28 sq) cum 182/3 discrepant, ex quibus unum Aiacem exceptatum esse sequitur (si non nominatim, tamen ita, ut quis respiceretur, dubium non esset, cf. *I* 320 sqq, 351 sqq (nam 352 interpolatum esse videbimus). Preces igitur catalogi gratia immutatas esse arbitrор, cuius poetae Aiacem proximum Achilli non esse, sed eum Diomedem pluris aestimare ex ordine heroum efficitur. Deinde nos recte de sortitionibus iudicare hac quoque re confirmari censeo, quod in eo carmine, in quo de certamine agebatur, praecomen per exercitus circumire aptissimum est. Nam reges ibi consedisse, ubi eo tempore cum proelium ab Hectore interruptum est, pugnaverunt mirum non est. Altero autem in carmine, ubi non de proelio, sed ut videbimus, de consilio Achivorum res erat, reges sortis iniciandae causa ad galeam ipsos accessisse multo credibilius est; praeterea ita in versibus 175 sqq res depinguntur; denique multi reges, ut Menelaum retinerent, iam advolaverant, quos ad suas sedes redisse plane improbabile est. Atqui quod ad sedes regum attinet simile quid atque in versibus 183 et 186, ex quibus alter compilatoris, alter poetae certaminis est, in versu 115 memoratur, cuius de offensionibus pag. 23 egimus: Menelaus ad ὄμιλον ἔταιρων redire iubetur (cf. 191). Itaque is quoque, quem versus illi recentes 112/4 antecedunt, in suspicionem vocari mihi videtur. Si tamen genuinus sit, consilium ita habitum esse efficiendum est, ut reges apud suos quemque populares sederent.

Cum 175/82, si altera illa sortitio recte restituta est, vss 171/4 coniungendos esse apparent. Nam

altero in carmine de iactatione sortium non agebatur. Vss 171 et 182 poetam libri & eodem in carmine legisse supra commemoravi. Sed si 171/82 ei carmini, in quo Hector non provocavit, tribuendi sunt, 118/9 a compilatore ex 172/4 desumptos esse censendum est. Item 170 (una cum 169? cf. 161) compilatoris esse probatur. Ne catalogum, si ita res se habet, certaminis poetae tribuamus, quantum video, nihil obstat. Praeterea Agamemnonis galeae sortes inici notandum est, quia eo in carmine, in quo de certamine non agebatur, Agamemno, ut pugnatores invenirentur, efficit (116). Qua cum re si cui 181b congruere non videatur, a compilatore hoc hemistichium e. g. pro verbis ἀναξ ἀνθρώπων Ἀγαμέμνων substitutum esse, quoniam putemus, nihil impedit. Nam eo in carmine, quod nostra in Iliade traditur, Agamemnon ipse in iis est, qui ad pugnam se obtulerunt, eaque de causa sortitioni praefuisse dici vix potuit. Deinde etiam vss 171/4 olim ab Agamemnone dictos et ita factum esse, ut compilator ultima huius orationis verba priori illi Agamemnonis orationi adscriberet, fortasse non incredibile est. Denique (si recte iudicamus) etiam inter hoc carmen et librum *I* rationes intercedere ex *H* 175 sqq et *I* 316 sqq apparent.

Accedamus ad *H* 206/7, in quibus pariter atque antea Menelaus (103) Ajax se armare dicitur. Etiam in libro *I* et Paris et Menelaus arma induunt. Atque Paridem, qui antea sagittarii ornatus pugnaverat, se denuo armare necesse est, neque Menelaum, dum praecones ad naves Troiamque se conferant, scutum ponderosum deposuisse miror (cf. 89, 114, 327). Liceat mihi pariter atque initium huius libri certamen singulare ipsum accuratius tractare. Initium capiamus a sortitione, *I* 314 sqq. Ibi haec narrantur: Loco certaminis ab Hectore et Vlixe dimenso sortes in galea iactabantur, ut videtur, Hector et Vlaxes, quamquam quomodo plures id facere potuerint, non

facile est intellectu. Deinde nonnulli ex Achivis Troianisque ut belli auctor periret, oraverunt. Tum iterum Hectorem sortes iactare legimus. Quodsi *H* 175 sqq conferimus, ibi priore loco ἐν δέβαλον (*κλίρους*) traditur. Apollonius Sophista (pg. 100,1) s. v. κλήρος haec affert: κλήρους ἐν κυνέη βάλλων. Quem ad locum haec nota referenda sit, incertum est. Certe in versu Γ 316 πάλλον legendum esse primum ex Ψ 861 et ρ 206 efficitur, deinde lectionem hanc versu 317 confirmari item iam observatum est; nam iactando, i. e. sortiendo, non iniciendo decernitur, ab utro pugna incipiat. Denique aoristum ἔβαλον pro imperfecto postulandum esse dixerim. Itaque si 314 6 vetusti sunt, facere non possumus, quin cum Schwartzio Hectorem et Vlixem invicem sortes iactavisse putemus, donec Hectore iactante statim (*θωᾶς*) Alexandri sors exiluerit. In versu 323 foedera post certamen facienda respiciuntur; ergo preces certe vetusto carmini tribuendae sunt. Ut poeta versum *H* 175 sqq librum Γ imitatus pro πάλλον ἔβαλον poneret, procul dubio facile evenire potuit. Itaque ex eo quod in l. *H* illa offensio deest locum libri *H* vetustiorem esse confici nequit, immo si libri Γ locus integer est, quominus hic quoque pariter atque de ceteris locis, quos antea tractavimus, res se habuit, a. l. Γ vss *H* 176 sqq pendere putabimus. Ne ex eo quidem, quod imitatores auctorem suum plura narrando superare solent, hic quicquam efficitur. Nam et poetam libri *H* in versu 176 Agamemnonis nomen adiecisse Koechlius commemoravit, et verbis ἄψ ορόων θωᾶς, quae in versu Γ 325 leguntur, in l. *H* nihil respondere notandum est.

Progradimur ad Paridis et Menelai armationem. Iis in versibus, in quibus armatus Paridis describitur, iam Robertus (pg 51 sqq) valde offendit. Quod heroas armis Mycenaeis usos esse et ex armorum depositione (89, 114, 326,7) et ex Paridis galeae genere efficit — cetera meo iure neglego — ocrearum et thoracis

mentionem (vss 330,3) interpolatam esse iure censuit. Quin cum versu 335 in quo scutum quadratum respicitur, illi versus discrepant. Itaque Robertus primum 330,3 aequo ac Π 131,4 eiecit, utrosque ex libro *T* (369 sqq) adiectos esse arbitratus;<sup>1)</sup> deinde quia Γ 334 sqq cum Π 135 sqq verbo tenus concinere displicuit, lectionem Zenodoti, qui versibus 334,5 obelo notatis post 337 hunc versum inseruit:

Ἄμφι δ' ἄρ' ὥμοισιν βάλετ' ἀσπίδα τερμίσεσσαν,  
sic Robertus ex Π 803 pro τερμάτεσσαν) praetulit, hoc tamen versus ante 336 posito, quod Aristarchus omnibus ceteris locis scutum prius galea indui monuit. Vetustissimam igitur lectionem ex versibus 337<sup>A</sup>, 336, 338 constitisse opinatus est. Sed sive lectionem Roberti (Zenodoti), sive alteram illam codicum probamus, 330,3 deletis intolerabilem repetitionem ipsi nobis paramus:

328. Αὐτὰρ ὁ γ' ἀμφ' ὥμοισιν ἐδύσειο τεύχεα καλά

δῖος Ἀλεξανδρὸς Ἐλένης πόσις ἡγκόμιοιο.

337<sup>A</sup> ἀμφὶ μὲν<sup>2)</sup> ὥμοισιν βάλετ' ἀσπίδα τερ-

μιόεσσαν.

(vel 334 sq: ἀμφὶ δ' ἄρ' (μὲν) ὥμοισιν βάλετο ξίφος  
ἀγνοόλον αὐτάρ ἔπειτα σάκος).

Quae tandem sunt illa τεύχεα καλά nisi praecipue scutum Mycenaeanum, ad quod solum verba ἀμφ' ὥμοισιν versus 328 quadrant, si gladium excipimus, cuius mentionem Robertus Zenodotum secutus delevit. Itaque in versu 337<sup>A</sup> prorsus eadem proferuntur, quae in versu 328 iam legimus, atque cum 330,3 propter thoracis mentionem eiendi possunt esse apparent, neque vero 334 sqq cum 328 sq coniungi possint, 328,9 solos genuinos esse iudicandum est. Vss 330,8 etiam Christius (v. adn. h. a. l.) aut delendos censuit aut versus 328 finem sic immutandum: ἐδύσειο νάρωπα γαίκόν (ex Δ 16), sine dubio ceteris tribus locis, quibus

<sup>1)</sup> Eos ibi genuinos esse recte eum censere puto, quoniam soli ibi amplificati non sunt; cf *T* 372 sqq cum Π 135 sqq.

<sup>2)</sup> μὲν Robertus pro δ' ἄρ'.

armationes describuntur, collatis (**A** 16, **II** 130, **T** 364 vel 368). Neque autem verba ἀμφ' ὕμοισιν ἐδύσετο ad ocreas quadrant, a quibus descriptio incipit; immo v 328, aequa ac 334/5, ad scutum quadratum spectat, indeque cetera eicienda esse concludendum est.

Quodsi non modo 330/3, sed totam descriptionem damnare necesse est, omnes versus verbo tenuis ex l. **II** desumptos esse multo credibilius est, quam compilatorem alteram armationis partem sine necessitate gravissime immutavisse, quod eum fecisse putandum esset, si Zenodoti lectio (cum ea transpositione, quam Robertus fecit et quae necessaria est) vetustior esse probaretur. Quod Alexander Lycaonis fratrius arma induere dicitur, iam Reichelius (Hom. Waff. 2 pg 82) eum aut omnia arma mutua sumere exponendum aut ea de re omnino nihil dicendum fuisse memoravit. Atque si quis dubitet, meliore iure Patroclus an Alexander aliena arma induat, tamen vss **II** 135 sqq, qui ibi genuini videntur, ex interpolatis libri **I** versibus desumptos esse incredibile est.<sup>1)</sup> Itaque cum vss **I** 334 sqq ex l. **II**, 330/3 ex l. **T** sumptos esse nullo modo verisimile sit, vss **I** 330/8 omnes ex l. **II** interpolatos esse censemus<sup>2)</sup> et si ita res se habet, sine dubio lectio nostrorum codicium vetustior est. Praeterea quod ad lectionem Zenodoteam attinet, ne immutato quidem versuum ordine offendentes omnes sublatae sunt; nam gladii mentionem quae propter 339 (ως δ' αὐτως) flagitanda est, desiderari iam Aristarchus vidit. Robertus, qui Zenodotea illa lectione utitur, Paridem aequa ac Teucerum **O** 480 sqq, ubi item de gladio nihil dicitur, eo iam antea instructum fuisse putat, et

<sup>1)</sup> Nam **II** 135 sqq vetustiores esse quam **T** 372 sqq apparet, cum **T** 369/71 libri **T** loco genuini sint et in libro **II** (131/4) adiecti, quoniam ut paulo ante commemoravimus, scutum quadratum (136) et thorax (133/4) inter se pugnant, pariter atque in libro **I**.

<sup>2)</sup> Ceterum versus **II** 134 lectionem genuinam esse hanc: κακῶν βέλεων ἀλεσφην Robertus probabiliter contendit.

quod ad Paridem attinet **I** 18 affert, qui quin delendus sit, equidem non dubito. Zenodotum autem, qui eum ab Homero abjudicavit, utroque loco gladium cieuisse gravissimum est. Denique cum non solum vss 330/3 damnandos esse, sed eos, qui secuntur, ab iis secerni non posse cognoverimus, gladii mentione opus esse nemo erit qui neget: Paridi antequam thoraca induit, gladius, si eum habebat, deponendus erat. Roemerus (Abh. d. bayr. Ak. 1885, pg 714) lectionem Zenodoteam aliqui deberi arbitratur, qui — et iure — Paridem gladio quo postea non utitur, omnino non armatum fuisse suspicatus sit. Versum 339 genuinum esse iam commemoravi; optimeque cum 329 coniungi potest; cf **χ** 114:

Ἄντὸς δὲ πρώτιστα περὶ χροῖ δύσετο χαλκόν  
ως δ' αὐτῶς τῷ δμῳδε δύσθητη τεύχεα καλά; similiter  
**I** 193 sqq etc. Praeterea de poeta, non de compilatore agi cognoscitur versus 328 et 339 conferenti: non male poeta inter voces alternare seit. Denique ut v. 339 eiciatur, fieri nequit, nisi una cum eo vss 340 sqq damnantur, qui ad utriusque pugnatoris armationem pertinent. Ad 344 cf 315: vocabulum διαιτητῶν his locis exceptis non extat. Ad 342 sq cf **H** 214 sq. In l. **I** utrique admiratione vel stupore, in l. **H** Achivi gaudio, Troiani metu affecti esse dicuntur. Poeta igitur libri **H** copiosius rem depingit. V. 341 = 263, unde v. 341 vetustus esse probatur, cum poeta eorum foederum, quae nostra in Iliade describuntur, eum hinc sumpserit.

Iam ad pugnam ipsam pervenimus. Initium pugnandi ab Alexandro fit, qui hastam in adversarium iacit; deinde Menelaus idem facere dicitur. Sed plane eadem verba utroque loco legi graviter displicet (346 b/7 = 355 b/6), neque talia poetae dicendi admodum perito tribui possunt neque ad ea quadrant, quae de huius rhapsodi ingenio ex 328 et 339 effecimus. In l. **H** ut res, ita non verba eadem sunt (244 sq, 249 sq), quantum ad versum secundum attinet; hemi-

stichium illic quoque bis invenitur. Priusquam hanc rem dijudicemus, cetera inspicienda sunt. In verso  $\Gamma$  348 =  $H$  259 χαλκός an χαλκόν legendum esset, iam veteribus in dubio erat. Si χαλκός legimus, hasta intellegitur ac subaudiendum est τὴν ἀσπίδα; si χαλκόν scutum ipsum, scil. τὸν χαλκόν ἐπιπολάζοντα ἐν τῇ ἀσπίδῃ (Eustath; cf  $N$  804,  $P$  493). Χαλκός veram esse lectionem (contra Robertum pg 170) cum ex illo χαλκῷ proximi versus efficio, tum, si accusativum recipimus, vox ἀνεγνάμηθη sine dubio sensu caret. Postularetur ἀπεπλάγχθη; cf  $A$  351: πλάγχθη ὁ ἄπτον χαλκόντι χαλκός;  $X$  291 etc. Sed etiam num hastae cuspidem aeneam in scuto scorteo incurvari probabile sit, valde dubito. Expeco dici: (ἔσ)σχετο ( $H$  248; ὁτρῷ;  $Y$  272). Tribus locis αὐχμή ἀναγνωμέθην traditur, hic,  $H$  258 sqq,  $P$  44 sqq. Tertii loci versus verbo tenus ex l.  $\Gamma$  sumpti sunt. Tamen neque in l.  $H$ , neque in l.  $P$  hasta eminus conicitur, sed manus scutum contingit. In l.  $H$  autem cum non in scuto incurvari dicatur, probabiliter, omnino non penitus intravit, sed antea, cum scuti aës contigit, incurvata est. Hic igitur omnia aptissima sunt, unde confirmari videtur Roberti sententia, quam in pg 206 profitetur (quibus argumentis nisus ita iudicet non dicit, sed cum certamen libri  $H$  Iliadi antiquissimae tribueret, iam propterea ei ita censendum erat): „Die Stöße und Paraden der beiden Kämpfer (in l.  $\Gamma$ ) setzen mykenische Bewaffnung voraus, sie sind dem Zweikampf des Hector und Aias nachgebildet.“ In l.  $H$  cum Roberto χαλκόν legendum esse ex ea, quam supra protuli, interpretatione sequitur, et Venetum  $A$  in libris  $\Gamma$  et  $P$  lectionem χαλκός, in l.  $H$  (contra Aristarchum) χαλκόν adhibere gravissimum mihi videatur. Is igitur codex omnibus his locis veram lectionem praebet.

Ex libri  $H$  imitatione etiam versum  $\Gamma$  347 = 356 bis legi forsitan explicari possit (ita ut compilator versum  $H$  250 bis posuerit, cum verso 245 uti non

posset); neque tamen habemus, quod vss 346/7 a carmine antiquo abiudicemus, quoniam in iis nihil offendit, et fortasse 348/9 soli retractatoris sunt. Si ita res se habeat, compilatorem versum 356, quem eius esse etiam aliis ex causis patebit, ex 347 sumpsisse simplicius videtur censere.

Quod  $\Gamma$  357/60 cum  $H$  251/4 ad verbum congruunt,  $\Gamma$  357/60 retractatoris esse statim videbimus. Sed etiam libri  $H$  versus, si non omnes, tamen partim compilatori tribuendi sunt, ut postea exponetur. Itaque utri vetustiores sint, difficile est dijudicare. In verso  $\Gamma$  358 thoracis mentio offensioni non est, quia etiam in versibus 330/3 retractatori debitum thorax memoratur. Accedit quod versu 358 delecto vocem ἔγκος initio versus 360 repeti displicet, quae offensio deest, si 358 non eicitur. Quae cum ita sint, vss  $\Gamma$  357/60 a retractatore ita ut traduntur compositi et a compilatore libri  $H$  hinc desumpti videntur; ab iis, quae in l.  $H$  genuina sunt, libri  $\Gamma$  retractatorem pendere non improbabile est; conferas quae de  $\Gamma$  348 =  $H$  259 et de  $\Gamma$  95 =  $H$  90 effecimus.

In versibus 361 sqq Menelaus gladium stringere dicitur, cum, quid Paris defensionis causa fecerit, non exponatur. Item Menelaum proprius accessisse non dici desideratur. Cf  $H$  156: σύν ζ' ἔπεσον;  $\Phi$  174 ἀλτ' ἐπὶ οἱ μεμαώς;  $N$  611: ἀλτ' ἐπὶ Πεισάνδρῳ (610 =  $\Gamma$  361; 614 =  $\Gamma$  362 + 369). Pariter quomodo Alexander se defenderit, ut comperiamus, flagitatur. Conferantur haec quoque de re aliarum pugnarum descriptiones, quae a certamine libri  $\Gamma$  pendere videntur (aeque ac  $P$  44 sqq). Agitur de pugna Menelai et Pisandri,  $N$  601 sqq, et de pugnis ab Achille cum Asteropaeo et Aenea commissis ( $\Phi$  161 sqq,  $Y$  359 sqq). Asteropaeus dum Achilles gladio stricto accedit, frustra hastam Peleiam ex alto litore extrahere conatur. Quid non pariter atque Achilles gladium ex vagina eripuit? Sine dubio gladium eum non habuisse iudicandum est. Similiter Aeneas lapi-

dem tollit,<sup>1)</sup> Pisander securim promit. Itaque Paridem quoque gladio armatum non fuisse putandum est. Praeterea omnibus illis locis heroes ut se defendant prospiciunt; in uno libro *Γ* nihil eiusmodi fit. Itaque quae versum 361 antecedunt, genuina esse non possunt. Nam 361 sqq optimos esse appetat, in quibus ad summam veri similitudinem res nobis ante oculos ponuntur, neque usquam haec iterum leguntur. Si 361 sqq a. l. *H* penderent, offensiones illae non extarent, sed quid uterque pugnator fecisset, audiremus. Immo 361 sqq ipsius poetae, ea quae antecedunt, retractatoris esse concludendum est.

A versu 361 usque ad 378 inconcinnitates non inveniuntur; ex eo quod Paris Menelai calamitatem suam in rem non convertit, ei quoque arma quaequaerant fuerint (duaene hastae?) perisse sequitur. Menelaus ira inflammatus quod ut iniinicissimum pugna legitima occideret, sibi non contigerit, nihil opinantem galeae loro correpto ad Achivos trahere studet, similiter atque in l. *H* Hector ex improviso lapidem in Aiacem conicit. Loro Veneris opera sciso Parideque per aera abducto Menelaus denuo hasta prorumpit. Si eam attollere potuisset, eum id iam antea facturum fuisse clarum est, qua in re iam Porphyrius offendit. Ergo 379/80 alterius poetae esse appetat, i. e. aut totus libri *Γ* finis recentior est, aut 379/81 retractati sunt. Hoc alterum veram esse Schwartzius censet, versus ex *Υ* 441 sqq pendere ratus (aliter Robertus iudicat, pg 235, argumentis non prolatis), quia in *Γ* 379 multo peior sit quam *Υ* 442, quod sine dubio concedendum est.

<sup>1)</sup> *T* 285/7 = *E* 302/4. Hanc pugnam recentissimam esse etiam ex enarratione totius generis regii (215 sqq) sequitur. 269/72 qui ad l. *H* (247 sqq) spectant iam ab Alexandrinis iure damnati sunt. Similis interpolatio in l. *Ψ* (824 sq) extat. Ceterum hic poeta: *πῆξε γαλούς* legisse videtur (*T* 268) cum de libri *Φ* episodio contrarium efficiendum esse probabile mihi videatur (*Φ* 165).

Restat, ut eas varietates lectionum tractemus, quae in clausulis versuum 368 et 352 extant. In fine versus 368 in codicibus nostris *οὐδὲ ἔβαλόν μιν* traditur, quam lectionem Aristonicus interpretatur. Ammonius<sup>1)</sup> *οὐδὲ ἔδάμασσα* legit (cf *E* 106, 191). Si lectio *οὐδὲ ἔδάμασσα*, quae hodie recipi solet, antiquior esset, qua de causa pro ea altera illa substituta esset, prorsus non intellegetur; nam nostro quidem in contextu aptissima esse videtur. Immo lectio *οὐδὲ ἔβαλόν μιν* vetustior putanda et ex ea, cum 357/60 recentes esse viderimus, olim Menelaum scutum Alexandri hasta omnino non contegisse efficiendum est. Itaque etiam versum 356 = 347 retractatori tribuendum esse appetat. —

In versu 352, in quo codices *δάμασσον* praebent; Aristarchus et lectionem *δαμῆναι* praetulit et totum versum obelo notavit. Vera lectio probabiliter *δάμασσον* est, cuius loco *δαμῆναι* substitutum esse suspicor, ut structura elegantior fiat (cf 322/3), eum qua ratione *δάμασσον* ex altera lectione ortum esse possit, non videam. Deinde iure ab Aristacho versum damnatum esse non incredibile mihi videtur, praecipue si preces priores (220 sqq) conferuntur, ubi poeta non minus obscure loquitur. Praeterea in eo, quod Menelaus Paridem *δῖον* vocat, iam veteres offenderunt. Hoc de versu probabiliter eodem modo res se habet atque de *Θ* 235 et *H* 112, de quibus supra egi (pg 21). Quodsi v. 352 adiectus est, quin interpolator ipse *δάμασσον* legi voluerit, dubitari vix potest. Nam in altero versus 352 hemistichio idem legitur quod in versu qui praecedit, et saepe interpolatores, postquam id, cuius causa versum inseruerunt — hic Paridis nomen — expositum est, quomodo reliquam versus partem expleant, in dubio sunt. Sed haec si recte effeci, interpolator certe nova periodo usus est versusque tam laxe inter se cuniungi inde explicatur.

<sup>1)</sup> Aristarchum altera in editione idem legisse ex scholio corrupto Ludwichius (Didymi frg. h. a. l.) conclusit.

Longa digressione ad finem perducta ad librum **H** redeamus. Tractandi sunt vss 206/7, in quibus Ajax se armare dicitur. Eos ad arma Ionica spectare Robertus primum ex verbis πάντα et χροὶ ἔσσασθαι confecit, deinde ex eo quod Ajax Achivos adhortatur, ut dum se armet preces faciant. Haec enim dicit (pg 169): „Den Riemen um die Schulter zu legen beansprucht doch wohl nicht so viel Zeit, wohl aber das Zusammenheften der γύαλα und das Anlegen der Beinschienen.“ Nonne Aiacem ea, si de certamine agitur, omnia exuisse ineptum est putare? Versus cum 60/1 diserepare iam vidimus Robertusque qui utrosque genuinos putat, ipse sibi graviter ea de re obloquitur (Cf quae de 60/1 (pg 26) exponit [pg 15 hui. opusec.]). Et quod ad 193/4 attinet, in quibus Ajax Achivos monet, ut Iovem imprecetur et quos a certaminis poeta abiudicandos esse vidimus, eos eiusdem poetae atque 206/7 non esse ex eo appareat, quod in versibus 206/7 arma Ionica respiciuntur (nam verba χροὶ ἔσσασθαι semper de thorace dici Roberto concedendum est), cum ut iam memoravi et mox probabitur eo in carmine ad quod 191 sqq referendi sunt, heroes Mycenaeis armis utantur (Aiakis σάχος ἐπιταρόειν). Ceterum quod Robertus scutum quadratum oculis indui censem, quam ut interea preces fieri possint, post scutum et gladium et galeam induenda esse dixerim, quo de ordine supra egi (cf Aristonicum ad Γ 334/5). 206<sup>b</sup>/7 (nam 206<sup>a</sup> ad 201/5, qui delendi sunt, spectare clarum est) utrum compilatoris an poetae certaminis sint, ex armis non efficitur, quia num heroes eo in carmine, quod erat de certamine, armis Ionicis pugraverint, non pro certo cognoscitur. Quod ad vocem πάντα attinet, equidem vss Γ 330/8 (sine 333) = II 131/9 inter 206 et 207 deletos esse crediderim (**H** 206 = II 130); praeterea synizesem syllabarum ultimarum vocis τεύχεα memorari oportet. Metro enim postulatur, ut τεύχη legamus aequae ac X 322 et ω 534. Sed Odysseae locus recentissimo poetae debetur, et quod ad locum libri X attinet,

versum 323 (pariter ac 315/6) eiciendum esse, quia hoc carmine Hector suis ipsis armis instructus est, Robertus docuit (pg 239 et 251). In versu 322 etiam verba καὶ ἄλλο offendioni sunt. Si inepta sint, 322 una cum 323 damnandus est, sed probabiliter corrupta sunt (Nauck: verba vitiosa; cf ψ 454). Id si verum est, in fine versus 322 olim τεύχεα καλά lectum esse suspicor (e. g. = Γ 328). Immutatio necessaria facta est versus 323 = P 187 adiecto. Recentissimis igitur locis forma τεύχη traditur. Fickius (pg 439) in versu H 206 „statt des sprachwidrigen τεύχη“ καλκόν ponendum censem, sine dubio iniuria. Sed cum haec offendio extet, etiam 206<sup>b</sup>/7, atque una cum iis 208, compilatori tribuendos esse valde probabile puto; nam 208 ab iis seiungi non posse primum ex versibus Z 404/5 hoc cum loco collatis sequitur; deinde cum versu 208 conferamus quae secuntur: 208 ἔργεται — 209 εἰσιν; 208 πελώριος Αἴρης — 211 Αἴας πελώριος.

209/11 optimi sunt. 212/3 primo obtutu inepti videntur. Initio enim de vulta agitur, deinde huic vel verbis (τέρψει δὲ ποσσίν) gradus oponitur; itaque nunc χερσὶ δὲ κραδάνω dici expecto. Sed 213 per se aptissimus certoque ex eo carmine desumptus est, quod erat de certamine, quia in eo hasta memoratur, qua una hoc in carmine pugnam commissam esse videbimus (281/89), neque minus ut Schwartzius me monuit, 212 per se offendionibus caret et cum iis quae praecedunt coniungendus est. In versibus 213/8 inconcinnitates non extant. Ad 214/5, ut supra commemoravi, conferendi sunt Γ 342/3. Itaque 213/8 certaminis, 209. 12 alterius carminis poetae tribuendi sunt. Vss 219 sqq cum iis quae antecedunt non cohaerere Robertus vidit (pg. 172). Nam vss 213 sqq, in quibus Aiakis procursus, quo spectatores hi timore illi gaudio afficiuntur, iam descriptus est, et 219 sqq, ubi iterum Aiacem accedere legimus, eiusdem poetae esse credi nequit. Praeterea si 213/21 eodem ex carmine desumpti essent et ad certamen spectarent,

cur tantum spatii inter exercitus intermissum sit, ut nunc demum proprius accederet, quaereremus. Denique 219 sqq scutum summis laudibus effertur, illie hasta memoratur. Extat enim quasi certamen hastae et scuti Aiacis, qua de re in appendice pauca dicentur. Vss 209/12 eidem carmini tribuendos esse atque 219 sqq iam ex eo efficitur, quod 213/8 ex altero sumpti sunt, neque quicquam in versibus ipsis continetur, quod, ne ita iudicemus, impedimento sit. Ibi enim Ajax ὥρτο, hic ἔγγυθεν ἡλύερ; neque ea in re offensio inest, quia hic de certamine non agitur.

In versibus 219 sqq senti clarissima descriptio extat. Vocabulum ἐπιταβόειον quo hic poeta, qui id, invenit, ter (vel quater) utitur (220, [222], 245, 266), in ceteris Iliadis libris uno loco, versu Α 545, excepto nusquam legi certe memorabile est, unde epitheton nostris temporibus magis celebrari appetet, quam Homeri aetate. Si scuti fama libro **H** deberetur, probabiliter etiam cognomen ἐπιταβόειον saepius legeretur. Sed sine dubio id carmen, in quo Ajax corpus Patrocli mortui scuto praetento defendit (cf. **P** 132/9), vetustius erat. Illis in versibus libri **P**, quos Robertus (pg. 77 sq) probabiliter antiquissimo carmini tribuit, scutum Aiacis εὐρὺ vocatur, quod cognomen certe non minus usitatum fuisse ex eo efficitur, quod Aiacis filio nomen Eurysacis impositum est. Cf. etiam Α 526:

*Αἴας δὲ κλονέει Τελαμώνιος, εὖ δι μιν ἔγνων.  
εὐρὺν γὰρ ἀμφ' ἀμοισιν ἔχει γέρας.*

Quod in versu **H** 219 scutum cum turri confertur, id ad quadrata tantum scuta quadrare Robertus et Reichenius (Hom. Waff.<sup>2</sup> pg. 16) iure contenderunt, quam ob rem ea „Turmschilde“ nominant. Id tamen nomen ad omnia scuta Mycenaea spectat, neque vero ullius scutum apud Homerum cum turri comparari nisi Aiacis notandum est. Itaque etiam v 219 ad scutum ex septem pellibus compositum pertinere videtur; quod si recte effeci, vss Α 485 et **P** 128 = **H** 119 eo carmine, ex quo **H** 219 sqq desumpti sunt,

recentiores esse probatur<sup>1</sup>). Scutum ἐπιταβόειον fabulosum esse ne Robertus quidem negat. Ea quoque de causa inter vetustissima hoc carmen non numerabimus.

Iam de opifice scuti agendum est, qui pariter atque cognomen ἐπιταβόειον poetae huius ingenio debetur. Quis tandem est Tychius ille, cuius ex officina scutum habere heroes gloriabantur? Nomen a verbo τείχειν derivatum est neque quisquam eum figuram mythologicam repraesentare opinabitur. Immo quia quis opifex eius esset, non constabat, Tychii nomen formavit, fortasse ne Ajax aliis heroibus posthaberi videretur (cf. e. g. Achillis hastam Peleiam). Hemistichium si hunc locum excipimus, ter legitur: **T** 368 de armis Achillis, **Θ** 195 de Diomedis thorace, **B** 101 de Atridarum sceptro, ubique τά οἱ (τὸν; τὸ μὲν) Ἡφαιστος κάμε τείχων. Num poetae libri **H** id carmen, in quo Vulcanum Achillis arma fabricari narratur, iam notum fuerit, nescio, vss T 365/8 ne genuini quidem sunt. Certe omnia Vulcano tribuere poetae nondum consueverant. Nam procul dubio Diomedes thorax tantum ne Diomedes ab Achille superetur, ab eodem deo factus esse dicitur. Vnum permirum est, ubi opifex ille obscurus habitet, notum esse, qua in re iam veteres iure offenderunt. Schol **BT**: Λόξαν ἦν ἀληθείας ἐμποιῆσαι θέλων τὸν τρόπον τῆς κατασκευῆς καὶ<sup>2</sup>) τὸν τεχνίτην καὶ<sup>2)</sup> τὴν πόλιν **B**: ὑπέγραψεν **T**: φησιν;

Ven **B** solus: καὶ μαρτυρεῖ αὐτῷ ὡς τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ἐν τεχνήτοις ἀρίστῳ. Townleyanus autem post φησίν hanc narrationem praebet: Homerum cum Smyrna Cymen migraret, ad urbem cui nomen Νέον τείχος erat, pervenisse. Ibi ad Tychium sutorem eum devertisse et ut huic gratias ageret, hos versus fecisse. Ήποτε γάρ περὶ ἥρως δημιουργοῦ λέγει, ικανὸν προσ-

<sup>1</sup>) A versu P 132 vetusta incipere Robertus (pg. 77 sq) aliis ex rebus effecit.

<sup>2</sup>) καὶ utroque loco omisit T.

*Θεῖναι καὶ μόνον τὸ ὄνομα· ὥην πότε τέκτων ποίησ' Ἰημάλιος* (τ 56). De Tychio eo, cuius hospitio Homerus usus esse dicitur, eadem, sed amplius in Herodoti vita Homeri (§ 9) narrantur, neque vero novi quid inde discitur. Afferuntur versus, in quibus incolas coloniae Cymaeorum ut recipiatur Homerus obsecrat. His auditis Tychium eum invitasse, ut ad se deverteretur. In ipsis versibus Tychii mentio non fit, sed Neotichenses compellantur. Similes atque de Tychio fabulae de Phemio rhapsodo, Homeri praecceptore (Vit. Her. 4), de Mentore Ithacesio, de Mente Taphio (6/7) narrantur, quibus de se bene meritis Homerus eo gratias egerit, quod heroas homonymos fingeret (26). Omnes has fabulas nihil valere clarum est. Vnum autem gravissimum est: et in Odyssea et hac in fabula Mentor Ithacesius esse fertur, pariterque Mentes, qui in Odyssea Taphiorum rex vocatur, hic *ταύχληρος ἀπὸ τῶν περὶ Λευκάδα* esse dicitur, i. e. *ἀπὸ τῶν περὶ Τάγον νήσων*. Itaque ut Tychio quoque in Herodoti vita eadem patria atque apud Homerum tribuatur, postulo, neque quin is, qui hanc vitam Homeri scripsit, in versu *H* 221 non *Υλῆ*, sed *Υδῆ* legerit, dubitari potest. Nam et Hyde et Neontichus urbes Lydiae sunt, atque pro *Υλῆ* nonnullos *Υδῆ* legisse Strabo (IX 408, XIII 626) refert, falso; Hydam enim esse Lydiae urbem, neque intellegi, cur Ajax inde scutum petierit. Idem contra lectionem *Υλῆ* proferri posse non vidit. Cur scuti arcessendi causa Boeotiam in urbem Ajax, cui in Iliade patria non tribuitur (Wilamowitz., Hom. Unt. 244 sq), se contulit? Nam Aiakis patriam olim Locridem fuisse hoc ex loco sequi Robertus mihi non persuasit. Immo lectionem *Υδῆ* vetustiorem esse putandum est, quia si Aiacem ex Lydia scutum arcessere Graecis offensioni erat, mirari vix possumus, qua de causa facile fieri potuit, ut pro *Υδῆ* *Υλῆ* ponerent. Neque defuisse, qui ea in re non offenderunt, et ex Strabone et ex vita Herodoti discitur.

Inspiciamus ceteros locos Homericos, quibus Hyde et Hyle memorantur. Si eos duos versus neglegimus, qui in appendice catalogi navium et in catalogo Trojanorum extabant, et quos Aristarchus iure eiecit quo factum est, ut in codicibus desint, uno versu *B* 500 excepto, ubique utraque lectio traditur, atque hoc uno, quin Hyle illa Boeotia respiciatur, dubitari nequit. Hic enim Hyle inter urbes Boeotorum enumeratur priorque syllaba hoc uno loco producitur. Omnibus ceteris locis et syllaba illa brevis est et Lydiam urbem respici aut clarum, aut utra intellegatur incertum est. — In versu *Y* 385:

*Τιώλῳ ἐπὸ νησόεντι, "Υδῆς ἐν πίονι δίμῳ* urbem Lydiam respici constat indeque lectionem *"Υδῆς* veram esse efficitur. Vbi Hyde sita fuisset, veteribus non constabat. Concludebant hoc ex versu, eam eo loco exstisset, quo postea Sardes positae erant. Gravissimum est hoc quoque loco lectionem *"Υλῆς* tradi, unde nonnullos Lydiae quoque urbi hoc nomen fuisse (sed cum brevi priore syllaba) arbitratos esse sequitur. Etiam illi duo libri *B* versus, quos Alexandrini damnaverunt, ad urbem Lydiam pertinent. Strabone (XIII 626) et Eustathio testibus codices inveniebantur, in quibus post *B* 866 versus *Y* 385 inserebatur, unde nihil novi comperimus. Eodem Strabonis loco nonnullos versui *B* 783, ubi Arimorum mentio fit, apud quos Typhoei cubile esse putetur, hunc versum supposuisse legimus:

*χώρῳ ἐν δρυόεντι, "Υδῆς ἐν πίονι δίμῳ.*

Tmolus hic non memoratur, sed urbs prorsus in regiones fabulares transponi videtur. Hinc ea, quae Strabo dicit, Hydam saepe fulminibus iactam esse.

Relinquentur vss *E* 708 sqq, qui difficillimi sunt. In versu *E* 708 Zenodotus Aristonicus teste *"Υδῆ* legit, quamquam versum ad urbem Boeotiam pertinere perspicuum videtur. Zenodotum etiam in versu *H* 221 *"Υδῆ* legisse non improbatum est. Neque enim Strabo vel Apollodorus quemquam nominat ne eo quidem

loco, ubi de *E* 708 agit (IX 407). Boetiam urbem respici ex 709/10 sequi videtur, sed idem versus 710 ad hemistichium illud: "Υδης ἐν πίονι δίημω" spectat, quoniam Boeoti hic μάλα πίονα δῆμον possidere dicitur. 709/10 permiros esse nemo non concedet. Nam Boeotos ceteros ei, qui ipse Boeotus erat, finitimos esse, superfluum erat exponere. An ea, in quibus de Boeotis agitur, adiecta sunt et vss 707/8 olim ad socium Troianorum spectabant? Orestem et Oenomaum iterum in versibus *M* 139 sq memorari notum est (Orestes et Oenomaus homines Troiani postea ab Achivis occiduntur, *M* 193, *N* 506 sqq). Axylum Teuthranidam (cf *E* 705) Diomedes *Z* 13 interficit. Praeterea Teuthram ipsum, Telephi educatorem, Mysorum regem fuisse nemo est qui nesciat. Heleni Priamidae patronymicum hic poeta mutavit. Itaque etiam Oresbius Hydeensem aliquo loco in Troum sociis enumeratum esse valde credibile mihi videtur, neque cum Hydae divitiae in proverbio sint, mirabimur, quod Oresbius μέγα πλούτου μεριγλώς vocatur. Oresbius igitur probabiliter Lydus est, neque cum 710/1 recentes sint, fieri potest, ut hoc ex loco cum Dümmlero (ap. Studniczka, Kyrene, 197 sqq) aliquid de Hectoris patria Boeotica efficiamus. Atqui eos locos, ubi prior syllaba vocis "Υδη vel" "Υλη corripitur, omnes ad urbem Lydiam spectare vidimus, ergo hoc novum esse argumentum puto, quo etiam *H* 221 ad eam referendam esse conficiatur. Tamen quod ad *E* 708 sqq attinet, una difficultas relinquitur: si hic "Υδη legebatur eo tempore, cum 710/1 adiecti sunt, quomodo poeta Hydam urbem in Boeotiam transferre potuerit, non intellego, neque cum in versu 710 hemistichium "Υδης ἐν πίονι δίημω" respici appareat, quomodo haec offensio tolli possit, video, nisi iam rhapsodom temporibus formas "Υδη" et "Υλη" inter se confusas esse censemus. Quod ut iam veteres viderunt (Strab. l. c.) Hyle Boeotia ad lacum Copaidem (cui uni nomen λίμνη Κηφισίς iure imponitur), sita non erat, sed ad lacum Hyiacum, aut

illos lacus antiquissimis temporibus coniunctos fuisse efficiendum mili videtur, aut primum versus 709 hemistichium genuinum et a retractatore inepte hoc Κηφισίδι pro Γυγαίῃ positum esse (cf Y 391, B 865). Denique cf *E* 708 et *H* 219: δές φ' ἐν "Υλη ναιεσκε — "Υλη ἐνὶ οἴκια ναιων Fortasse igitur alter locus ab altero pendet (cf etiam *E* 693 et *H* 60, de quibus in appendice agetur); deinde et Hydeenses μάλα πίονα δῆμον possidere et Oresbius μέγα πλούτου μεριγλώς dicitur, ita *H* 221 Tychius Hydeensis σκυτοτόμων ὅλης φεισιος vocatur. — Ad *H* 222/3 revertendum, cum 245 sq tractabimus.

Secuntur altercationes heroum, quales saepe ante pugnas leguntur. In versibus 228/30 Achillis mentionem miram esse iam veteres cognoverunt (Porphyr.) neque pauci nostrorum temporum viri docti eos damnaverunt, et iure ut puto, quamquam pugnam hanc nisi Achille a proeliis absente sensum non praebere appetat. Sed ea iam in prooemio exposita esse quominus putemus, nihil impedit. Nam vss 229/30 in appendice catalogi navium (B 771 sqq), recentissima Iliadis parte, melius legi negari nequit. Etiam vss 231/2 delendi sunt; primum enim, ut 231/2 versibus 226/7 adiungantur, fieri non potest: lacuna igitur certe statuenda esset. Deinde verbis ίμετς δέιμεν τοῖοι vss 228/30 respicie videntur. Denique, ut Robertus exposuit (pg. 171), vss 231/2 nisi de certamine intellegi non possunt, de quo hic non agi Robertus vidit statimque accuratius exponet; 231 enim sine dubio ad provocationem spectat et quod multos Achivos Hectori pares esse monere Aiaci magni momenti videtur, catalogi poetae proximum Achilli Aiacem non esse supra commemoravi. 231/2 igitur una cum 228/30 compilatori tribuendi sunt. Eos contumeliarum loco substitutos esse Robertus (l. l.) ex 235 sqq efficit. Plura hac de re in iis quae secuntur, dicam.

Ad 234/6 recte Hentzius Y 430 sqq contulit (vel

Y 200 sqq = 430 sqq; sed 430 sqq vetustiores esse pro certo duci potest; cf Robert. pg 235). Illic Hector haec loquitur: Noli verbis me detergere. Facile esset pariter atque tu verbis irridentibus nefariisque gloriari. Neque vero me deteriore te esse ignoro etc. In l. *H* haec verba facit: „Ne timorem te mili incire posse speraveris, quasi belli imperitus sim“, quibus dictis, quoniam fieri non potuit, ut se infirmorem Aiace profiteretur, contrarium facit, quod libri Y Hector facere contemnit. Quin ne nefaria quidem (Y 433 *αὖσνλα*) loqui veretur. Nam eum Marti se aequare Reichelium (pg 28) secutus ex verbis *ταλαι-*  
*ρινον πολεμίζειν* efficio quia vox *ταλαιρίνως* praeter hunc locum non nisi de Marte dicitur, qui tribus locis *ταλαιρίνως πολεμιστής* vocatur (E 289, Y 78, X 267). Ceterum quomodo vox *ταλαιρίνως* interpretanda esset, et antiqui dubitabant, et inter viros doctos horum temporum magna controversia extat aequae ac de iis verbis quae praecedunt. Neque enim Hentzium ea recte intellegere Schwartzius me monuit. Ille sic interpretatus est: „Das heißt mir, als Schildträger kämpfen.“ Quod autem i 393, I 706, N 484 adfert, ut sententiam suam probet, nullus locus plane huc quadrat. Legimus enim i 393: *τὸ γὰρ . . . κράτος ἐστι*, N 484 ὁ τε κράτος ἐστι, I 706: *τὸ γὰρ μένος ἐστι καὶ ἀλκή*. Neque vero *τὸ πολεμίζειν ἐστι* dici posse appetet. Immo iam ex verborum: *τό μοί ἐστι* ordine Aristarchi interpretationem: „quod mihi est“, „quod habeo“, veram esse sequitur. In eo quod pronomen neutrius generis ad nomen feminini generis referendum est, offendendum non esse iam dudum si probaverunt, qui Aristarchi sententiam secuti sunt (cf A 238 *αἰχμή — καὶ τό γε χειρί λαβών*; Φ 167 *τῷ δ' ἐτέρῳ (δονρι) . . . πῆχυν . . . βάλε — ή δ' ὑπέρ αὐτοῦ γαῖη ἐνεστέρικτο*). Item de voce *ταλαιρίνων* Aristarchum recte iudicasse Schwartzius censet. Ille translate eam intellegit: „audacter pugnare“, quocum etiam Martis appellatio bene congruere mihi videtur. Neque enim

Martis scuto usquam magnae partes dantur, quin, ni plane erro, ne memoratur quidem. Aliorum scuta transfodere solet (*ἐποτόρος* Φ 391). Itaque etiamsi vocabulum olim de scuto dictum sit, Iliadis poetas eam iam non proprie intellexisse veri simillimum mihi videtur. Quod vox hoc uno loco de homine, omnibus ceteris de Marte usitatior eaque de causa ut memoravi Hectoris iactationem ad Martis cognomen spectare probabile est, si Hectorem non minus fortiter Marte, quo nemo fortius pugnare potest, se pugnare gloriari intellegimus, haec quidem interpretatio eodem redit quo Ari-  
starchea illa.

Sed verbis *τό μοί ἐστι ταλαιρίνων πολεμίζειν* iac-  
tationis finem fieri expectamus, si recte vocem *ταλαι-*  
*ρινον* translate intellegimus. Pro eo in iis versibus,  
quaec secuntur, miro modo curruum pugna memoratur,  
de qua hoc quidem in carmine nihil audimus. Hector  
igitur omnia sua belli peritia genera enumerare  
videtur. Sin, quod verum esse statim aliis quoque  
causis confirmabitur, 240/1 adiecti sunt, inter 219 sqq  
et 238 sq rationem aliquam intercedere valde proba-  
bile existimo. Aiace quoque in iis, quae olim post  
227 extiterunt, artes suas laudibus extulisse etiam ex  
verbis *τοιούτον ἔόντα* (242) sequitur. Quod igitur  
Hector scutum gubernare se scire dicit, mirum non  
est; 240/1 autem hoc loco inepti sunt; revertemur  
postea ad eos.

Verba *λάθρη ὀπιτεύσας* (243) non ad certamen  
sed ad proelium pertinere Robertus optime cognovit  
(pg 172). Hectorem postquam Achivorum optimos ad  
certamen singulare provocavit, ita loqui non potuisse  
luce clarius est. Sed num iure Robertus A 521, O 541,  
Π 313, N 545 contulerit, dubito. Neque enim de  
talibus insidiis hic agitur, sed ad pugnam parati ex  
adverso constiterunt. Itaque Aiacec his verbis ut  
attendant ab Hectore moneri, qui iurgiorum finem  
pugnaeque initium facere cupit, Hentzius probabilius  
contendere mihi videatur; saepe enim heroes in adver-

sarium nihil opinantem hastas coniciunt; ille periculum si in tempore cognovit, statum mutando effugit (*ἀλλό μὲν ἄντα ιδών ἡλεύατο χάλκεον ἔγχος*, e. g. P 305 Aiax Hectoris hastam, N 184 Teucer Hectoris, X 274 Hector Achillis, ubi pariter atque in l. H altercationes antecesserunt). Haec facere Hector contemnit, sed ipse Aiaceum, ut animum advertat hortatur. Et quod ad verba *λάθῃ ὀπίπεύσας* attinet, ea ad scutum referenda et sic interpretanda esse: „super scuti marginem speculatus“ ex versibus N 802 sqq efficio quo de loco in appendice accurate agetur. Sed nonnulla iam hic exponere necesse est. Hector ibi iis artibus, de quibus in libro H gloriatur, uti videtur:

802: *Πρόσθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα* (cf H 238) *πάντοι'* *έισην* (vel *δυφαλόσσαν* cum Roberto, quoniam de scuto quadrato agitur),

806: *πάντη* (H 238: *ἐπὶ δέξιᾳ, ἐπ' ἀριστερά*) *δ' ἀρι-* *γάλαγγας ἐπειρᾶτο* (cf H 235) *προποδίσων*

807: *εἴ πως οἱ εἵζειν ἵπασπίδια προβιβάντι.*

Quod Hector hic sub scuto progrediens Achivorum animos experiri dicitur, si rem nobis ante oculos ponimus, eum supra scuti marginem speculatum procedere intellegendum est; prorsus igitur eodem res rediret, si pro *ἐπειρᾶτο*: *ἔσκοπει* vel (*λάθῃ*) *ὀπίπενει* substitueretur, quod quamquam rem iam satis claram esse arbitror, etiam versu X 321 confirmatur:

*εἰσορόων κρόα καλὸν, ὅπῃ εἴξειε* (cf N 807) *μάλιστα.*

Itaque si verba *λάθῃ ὀπίπεύσας* de scuto intellegenda sunt, 242/3 cum 238/9 coniungendos esse hac quoque re probatur. Denique ad verba: *ἐπὶ δέξιᾳ καὶ ἀριστῇ νωμῆσαι βῶν* (238) redire necesse est, quae me aliter atque fieri solet interpretari lectores benevolos iam inde effecisse puto, quod ad ea versum N 806 conferendum censui. De iis Reichenius, cui Robertus (l. l.) accedere videtur, sic iudicat (pg 28): „. . . nach der linken Seite hin, um ihn (scutum)

vom Rücken unter dem rechten Arm hervor vor die Brust zu ziehen, gegen die rechte Seite, um ihn auf den Rücken zurückzuziehen.“ Versum ita intelligi non posse manifestum mihi videtur; nam poeta id si dicere voluisse, rem sine dubio apertius exposuisse. Accedit quod verba *ἐπὶ δέξιᾳ* priore loco leguntur, quae si Reichenius sequimur, ad fugam spectant. Profecto mira iactatio! Reichenius ipsum in interpretatione ab altera parte, a verbis: *ἐπ' ἀριστερά* incipere notandum est. Immo sine dubio utrumque ad impetum faciendum pertinet et quoquo versus scutum gubernare (Herod I 171 *οἵηκτεν*) se scire intellegendum est. Et quin poeta libri N hunc versum respiciat, vix dubium mihi videtur. Omnia, quae hoc libri H loco leguntur, poetam illum imitatum esse partim vidimus, partim in appendice exponetur, versibus 240/1 exceptis, qui sine dubio tum nondum extabant.

Reliquum est, ut hos duos versus tractem. Plerumque ei q. e. *σταδίην ὑσμίνη* pugnam sagittis vel hastis eminus commissam opponi Koechlius iure memoravit (cf N 314, 713 sqq, O 282 sqq). Sed in versu N 513 (unde l. H. pendere Koechlius censem, quod minime probabile est) et Σ 159, quem Hentzius contulit, *ἐπαΐσσειν* et *σταδίην ὑσμίνη* sibi respondent. Altero loco versibus H 240/1 simillimo haec leguntur: (Hector) *ἄλλοι' ἐπαΐσσοσκε κατὰ μόθον, ἄλλοτε δ' αὖτε σιύσκε μέγα ιάχων, ὀπίσω δ' οὐ κάξετο πάμπταν.* Quamquam ille *μόθος ὕππων* hic non memoratur, tamen hunc locum libro H vetustiorem esse non crediderim. Neque enim verbum *ἐπαΐσσειν* cum praepositione *κατὰ* alibi coniungitur. Praeterea hoc cum loco, qui cum P 722 sqq discrepat, miraculum clamantis Achillis cohaeret (Σ 214), quae inventio iure opinor recentissima putatur. Verba *ἐπαΐσσειν μόθον ὕππων* interpretanda esse: „heroas curru vehentes aggredi“ appareret (saepe legitur: *ἔγχει, μελίηστιν* etc. *ἐπαΐσσειν*). Sed cum pauci heroes curribus utantur, unde tumultus curruum et equorum opinio oriri potuerit, quaerendum

est. Si extabat, verba inepta non essse ex *E* 263 appareret, ubi tamen de pugna singulari agitur:

*Αἰνείαο ἐπαύξαι μεμυημένος ἵππων.*

Vnius autem libri, Teichomachiae, poeta, quantum ad proelia in campo commissa attinet, curribus maiores partes tribuere videtur (*M* 50, 76, 108 sqq). Indene poeta vel potius interpolator ea sumpsit? Vss 260 sq compilatori debitos ex l. *M* sumptos esse postea exponet. Ad 240 cf etiam *H* 809/10. Ad 241 v. *H* 617 conferri solet, etam *H* 182; certe hoc δηλφ μελπεσθαι Αρηί singulariter dictum est. Ex eo quod hoc in versu Martis mentio fit, hunc quoque poetam intellexisse versum 239 ad Martis cognomen spectare efficiendum mihi videtur.

Vnum versum, qui interpretationi difficultates non praebet, tractare adhuc omisi, 234, qui in Veneti *A* textu deest, sed in margine adiectus est. Res non multum valeret, nisi non pauci codices pro eo versu quem editores recipere consueverunt, versum *N* 824 hic quidem ineptum adhiberent:

*Αἴαν ἀμαρτοεπές, βονγάιε, ποῖον ἔειπες.* Etiam v. *H* 234 saepius invenitur (*I* 644, *A* 465), neque appellatio honorifica aptissima vocari potest. Itaque cum versus in Veneto *A* genuinus non sit, eum ab Alexandrinis omnino non lectum esse iudico. Saepius allocutiones interpolari v. *N* 524 docet, qui multis in codicibus deest (cf schol *T*). —

Tandem ad pugnam ipsam pervenimus. De eventu eius utrique poetarum eorum, quorum carmina in l. *H* contaminata sunt, iam antequam carmina composuerunt, constabat non licere alterum ex pugnatoribus ab adversario suo imperfectum esse narrare. Nam Hectorem ab Achille necari omnibus notum erat, et Aiacem Hectore vel superiorem esse poetae exponere in animo habebant. Nostro in l. *H* ter pugnae fortunam experiuntur, principio hastis eminus, deinde comminus, tum lapidibus iactis; cum denique gladiis strictis congressuri sunt, praecones intercedunt.

Quarum pugnarum primam ad idem carmen referendam esse, ex quo altercationes, quae praecedunt, de sumpta sunt, mentione scuti ex septem pellibus compositi probatur. 244 et 249 eandem in clausulam exire supra commemoravimus, ubi de *G* 347/56 agebatur. Magnae difficultates in versu 246 se offerunt, in quo, quod sciām, adhuc nemo offendit. Quaestio est, quid significet vox *ἀχρότατον*; probabiliter „aes sumnum“, quod scuto extrinsecus affixum est (222/3). Sed si ita interpretamur, haec exponi supervacaneum est; deinde si aes contingi dicitur, ut etiam percuti narretur, flagitandum est. Neque vero quisquam versum 247 sic intellegit, aes et quinque pelles transfossa esse, in sexta hastam haesisse, sed hunc esse sensum: „paene scutum transfixum esset, ultimo in corio substitit hasta“ luce clarius est. Si aes resipiceretur, octo coria memorarentur. Quodsi 246 interpolatum esse putamus, etiam 223 (vel 222/3) in suspicionem vocatur, quia si in versibus 245 sqq corium aeneum prorsus neglegitur, id non minus offendit. Tamen in versibus 222/3 explicatio verborum *χάλκεον ἐπταρβόειον* contineri et iis verbis tali explicatione opus esse contradici potest. Poetam versum *M* 295 sqq, in quibus scutum Sarpedonis describitur, hunc locum imitari Robertus vidit (pg. 7); nam libri *M* locum recentiorem esse, quia scutum Aiacis sutor, Sarpedonis faber fabricatur, Roberto concedendum est. Poetam libri *M* vss *H* 222/3 iam novisse non pro certo contendi posse iudico. Neque enim improbable mihi videtur poetam libri *M* in versibus 295/7 tantum illa duo verba *χάλκεον ἐπταρβόειον* interpretari et circumseribere voluisse:

*M* 295 sq: *καλὴν χαλκείην ἐξήλατον, ἣν ἄρα χαλκείς ἥλασεν, ἔνιοσθεν δὲ βοείας φάψε θαμέας.*

Atque aliter verba illa intellexit, cum scutum aeneum esse dicit, atque poeta versum *H* 222/3, qui ex aere octavum corium factum esse iudicat. In l. *H* pellibus, in l. *M* aeri maiores partes tribuuntur, qua

cum re opifices scutorum (*σκυτοτόμος* — *χαλκένς*) conci-  
nere iam Robertus vidit. Itaque poetam l. *M* alteram  
illam et accuratiorem descriptionem versuum *H* 222/3  
iam novisse certe non necessario efficitur. In versu  
*H* 222 eadem repeti, quae iam in versibus 219/20  
dicta erant, notandum est. Ad *H* 220: *φέρων σάκος*  
224 τὸ πρόσθε στέροιο φέρων cf *M* 294: *ἀσπίδα*  
*πρόσθ' ἔσχετο*, 298: *τὴν ἀρ' ὅ γε πρόσθε σχό-*  
*μενος*. Si quis num *H* 246 aliter intellegi possit,  
quaerat, forsitan hanc interpretationem probabilem esse  
putari possit: In versibus *Y* 275/9, ubi de Aeneae  
scuto aëneo et pelli inducto (cf Robert. pg 7) agitur,  
Achilles extremam scuti marginem contingit, ubi:  
*λεπτότατος θέε χαλκὸς λεπτοτάτη δ' ἐπένη διρὸς βοός*<sup>1)</sup>  
Etiamne verba *ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν* sic intellegi  
possunt? (Cf e. g. *P* 460: *ἐκ κεγαλῆς ἐς ἀκροὺς πόδας*,  
*E* 336 *ἀκρὶν οὐτασε χεῖρα*; *P* 309:

*τὸν βάλ' ὑπὸ κληῆδα μέσην, διά δ' ἀμπερές ἀκρὶ*  
*αἰχμῇ χαλκείν παρὰ νείσαν ὄμον ἀνεσχεν*.

Neque vero pro certo dicere possum, num locus  
ita intellegi possit: nam verba *ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν*  
ad *H* 222/3 spectare neque quicquam aliud significare  
atque ea verba, quae secuntur: *ἥς ὅγδοος ἵεν ἐι' αὐτῷ*  
tam perspicuum videtur, ut ad alteram illam inter-  
pretationem perfugere vix liceat, nisi ea omnes offen-  
siones tolluntur; neque vero, quoquo modo versum  
246 interpretando defendere conamus, ea offensio tolli  
potest, quod aes transfodi non dicitur. In iis quae  
secuntur et: *ἔβαλεν ἀσπίδα* legimus et: *διὰ μὲν ἀσπί-*  
*δος ἵλθεν*. Itaque versum 246 delendum esse veri  
simillimum est et una cum eo probabiliter 222/3, quos

<sup>1)</sup> Quod ad quartum eorum locorum attinet, quibus scuta  
accuratius describuntur, N 405 sqq, iniuria Robertum (v pg 10  
et 111) vss 406/7 damnasse dixerim. Quod enim 405 et 408 ad  
scutum Mycenaeanum spectare expositum, cum 406/7 ad formam  
rotundam pertinerent, etiam in versu 409 corii aënei mentio-  
nem fieri monendum est, unde poetam recentem in versibus  
405 et 408 formula vetusta abusum esse sequitur.

per se aptos esse non nego. Neque vero quod hic  
de octavo corio agitur posteaque versu 246 deleto  
id silentio praeteritur, hoc tolerabile mihi videtur. Si  
222/3 eiciuntur, verba *χάλκεον ἐπιαζόειν* (220) ad id  
aes referenda sunt, quod *ἐπιπολάζει ἐν τῇ ἀσπίδι* (Eust.  
ad *Γ* 347, cf pg 42).

Progrediamur ad 251 sqq, in quibus thoracis mentio  
summae offensioni est. Neque versu 262 electo lec-  
tionem genuinam restitutam esse puto, quia, ut supra  
(pg 43) memoravi, eo deleto vocem *ἔγχος* initio versus  
254 repeti displicet. Certe multo elegantius versus  
leguntur, si 252 non omittitur. Tum locum gravius  
retractatum esse censendum est; neque enim thoracis  
mentionem tolerari posse manifestum est (cf Robert.  
pg 170). In libro *Γ* hanc rem offensioni non esse,  
quoniam de retractatore agitur, vidimus. Mox rever-  
temur ad hos l. *H* versus.

In versibus 255/7 utrumque hastam ex scuto ex-  
trahere legimus, quod non sine magnis difficultatibus  
fieri potuisse iam veteres intellexerunt. Scholiasta  
enim Veneti *B* utrumque ex alterius scuto hastam  
suam extraxisse suspicatur, certe falso; tamen etiamsi  
utrumque ex suo scuto hastam adversarii extraxisse  
putemus, offensiones extare non negabit, qui rem sibi  
ante oculos ponet. Vss 255/7 Zenodotus obelo nota-  
vit vel, ut cautius loquar, in Veneto *A* iis *διπλαῖ* ad-  
scribuntur. Nam Lehrsius (ap. Friedlaenderum, Ari-  
ston. h. a. l.) et Fickius (D. hom. II. pg 440) athe-  
tes in ad 256/7 tantum pertinere arbitrati sunt et  
Fickius ne in constructione offenderetur, σ 95/6 con-  
tulit:

*δὴ τότ' ἀνασχομένῳ δὲ μὲν ἵλασε δεξιὸν ὄμον*  
*Ἰος, δὲ δ' αὐχέν' ἕλασσεν κτλ.*

Neque eos quod ad Zenodotum attinet, recte  
conieciisse improbabile est. Nam ex eo quod scho-  
liastae, qui Didymum et Aristonicum excerptis, con-  
textum afferre superfluum visum est, gravia post verba:  
*τὸ τῆς συνεπείας οὕτως ἔχει παρ' αὐτῷ* non excidisse

sequitur, quibus ex verbis a Didymo ipso contextum (255 + 258) exscriptum fuisse confit. Sed 256/7 revera delendos esse nego. Nam valde dubito, num iis electis i. q. e. ἔπειτα iure legatur. — Cf etiam Ψ 686 sqq:

Ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ συβαρῆσιν ἄμφι  
άμφω  
σύν φέπεσον, σὺν δὲ σφι βαρεῖαι χεῖρες  
ἔμικθεν.

N 684 sqq: Τώδε δ' ἄρδ' ὁμαρτήμην ὁ μὲν ἔγκει ὀξυόσιν  
ἴεται ἀκοντίσσαι, ὁ δὲ ἀπὸ νευρῆται οὐστῶ.

Tum demum haec secuntur: Πριαμίδης μὲν ἔπειτα<sup>1)</sup>. Praeterea offensio ea, quae verbis: τὼ δέκατασσαμένω κτένε inest, non tollitur, qua nonnullos commotos esse, ut gladios (!) ex vagina eripi interpretarentur, Aristonicus (Schol ad 255 et 273) testatur. Ceterum 256/7 vetustiores sunt quam E 780 sqq; multo enim aptius Hector et Ajax cominus conflicturi quam duces Argivorum, qui eo quidem tempore nihil agebant, cum apris et leonibus comparantur. Prorsus autem inepta verba τὼ δέκατασσαμένω sunt, si non de certamine, sed de proelio agitur; nam 244 sqq ad id carmen, in quo Ajax Hectorem de improviso adoritur, referendos esse vidimus. Hoe in carmine ut bis hastis congrederentur, fieri non potuit, nisi duas hastas habebant, qua de re nihil traditur. Itaque 255 sqq huic carmini tribuendos non esse iudicandum est. Idem ex eo efficitur, quod 225 δόλιχ' ἔγκεα memorantur; cf 212 κραδάνων δολιχόσκιον ἔγκεος; in iis quae secuntur scuti septem pellium mentio non fit. Ergo 255 sqq certaminis poetae tribuendi sunt. Εκσπασσαμένω a compilatore pro alio quodam parti-

<sup>1)</sup> Hoc uno loco Helenus areu pugnat, quod memorabile esse ian Robertus dixit (pg. 115). Sed quia N 576/80 et 581/600 ob armationem variis poetis tribuendos esse Robertus docuit, fortasse vss 581/2 compilatori deberi et Helenum pro Paride substitutum esse mihi in mentem venit. N 768 sqq Paris areu pugnat; ad hanc opinionem quadrat, ut proto. etiam indignatio ea, quae in verbis πολλὸν ἀπολαγήσει; έπατας ἐπτάτο (592) contineri videtur.

cipio positum esse Schwartzius censet, e. g. pro ἄντα σχομένω. Neque enim si recte iudicamus prius versus 255 hemistichium vetustum esse appareat. Verba σύν φέπεσον multo melius de initio pugnae dici clarum est neque ea de causa Zenodotum vss 256/7 damnasse improbabile videtur. Itaque eos versus qui praecedunt, 251/4, a compilatore gravius immutatos esse non incredibile est, sive 251 solus, sive 251 et 253 genuini sunt. Nam mihi quidem praeter 252 v. 254 maxime in suspicionem venit, quod postquam hasta in tunicam invasit, fieri potuisse, ut aliquis corpus deflectendo periculum effugeret, equidem non crediderim. Hasta enim aut eodem tempore, quo in chitonā intrat, iam corpus laedit, aut si non vulneravit, παρὰ λαπάρην διάμησε χίτωνα, sed quia adversarius telum non bene direxit. 253 igitur, si cum 254 non coniungitur, aptus est. 254 b saepius extat (Α 360, Β 462). 254 electo etiam repetitio vocis ἔγκεος deletur. Compilatorem pariter atque in versu 52 aliis locis arma Ionica hunc in librum induxisse vidimus (122. 207).

Vss 258/9 apte dici supra exposuimus, sive de armis Mycenaeis sive de Ionicis agitur. Nam utris eo in carmine, quod erat de certamine, pugnatores usi sint, ex hoc pugnae fragmento non efficitur, quoniam verba: τὼ δέκατασσαμένω, ex quibus eos seuto quadrato instructos esse sequeretur, genuina non esse vidimus, et 258/9, 262 de utroque genere armorum intellegi possunt. 260/1 compilatoris sunt: In versu 260 quae scuti pars contingat, non dici desideratur, quia antea legitur: μέσον σάκος οὐτασθε δουρά; deinde hoc ἐπάλμενος superfluum est, quia iam in versu 254 idem legimus, neque de Hectore tale quid dicitur; denique et in verbis στυγέλεξ δὲ μιν μεμαῶτα et in iis quae secuntur, eventus ictus refertur. Quae cum ita se habeant, quin vss 260/1 ex l. M versibus 404/5 desumpti sint, dubitari non potest. Ibi Teucer eminus sagitta scuti lorum contingere dicitur, Ajax autem

*ἐπάλμενος* Sarpedonis *ἀσπίδα* *τίξεν*, et quamquam ut scutum transfoderet, non contigit, tamen eum reppulit. Atque hoc: *οὐδὲ διαπρὸ ἥλυθεν* paene postulatur; ita enim verba intellegenda esse arbitror, ut postquam in periodo priore id, quod assequi ille studuit, non contigisse legimus, in altera partem tamen impetratam esse poeta exponere voluerit. Atque cum 260/1 et 262 coniungi non possint, 260/1, pro deletis substitutos esse censendum est. Ad 262 cf *X* 324 sqq, *Ξ* 412. Vbiique de collo agitur; nam pugnae inter Hectorem et Aiacem commissae recentiores sunt Hectoris ultima pugna (*Ξ* 406/7 = *X* 291/2). Carmen quod est de certamine a l. *X* pendere etiam ex Hectoris provocatione effecimus (79/80 = *X* 342/3, ad 76 sqq of *X* 254 sqq).

Sequitur in libro *H* pugna lapidibus facta. In pugnae descriptione nihil inest, quod offendat. Ex eo, quod 266 scuti septem pellium mentio fit, 263 sqq ex eodem carmine atque 244 sqq sumptos esse conficitur. Itaque Hectorem quoque scuto quadrato instructum esse notare vix opus est pariterque eum ocreas non habere (271), quas haberet, si thorace ornatus esset (v. 252). Postquam procubuit, ab Apolline confessim arrigitur: ad deorum colloquium haec non quadrant! De *Ξ* 402 sqq hoc cum loco conferendis in appendice pauca dicam. — Pugnae nunc finem fieri in eius quidem poetae carmine, cui inventio scuti ex septem pellibus compositi debetur, necesse erat. Ibi enim principio eos hastas eminus conieccisse in versibus 244 sqq legimus, indeque initium fieri sollemne est. Si lapidum pugna eidem carmini tribuenda est, qua de re quod dubitemus, nihil habemus, nonnulla deleta esse ex versu 263 efficitur. Accedit quod eos hac in pugna, ad quam tantae praeparationes factae sunt (cf Heleni orationem et Achivorum consilium), ante ad lapides perfugisse quam gladios, arma ordinaria, experti sunt, mihi quidem vix credibile videtur. Quod nostro in l. *H* postquam lapides coniecerunt, gladiis congregati

dicuntur, hoc quidem prorsus ineptum est. Neque verba *τὰ δ' ἐκσπασσαμένω* olim revera ad gladios pertinuisse prorsus improbabile existimo. Eos lapidibus iactis dirimi propterea necesse erat, quia postquam Hectorem procubuisse hic legimus, nihil reliquum erat, nisi ut occideretur, si denū manus conseruissent.

Qua autem ratione effici potuit, ut dirimerentur? Dubitatio extare potest inter haec tria: Aut Hector *ἄψ έτάρων* *ἔς ὄμιλον ἐδύσειο*, *κῆρ* *ἀλεείων*, quod ridiculum esse existimo tot pugnae praeparationibus utraque a parte factis et tam acri pugna commissa; aut amici sive Hectoris sive utriusque eos diremerunt; aut pugnatores ut erant defessi, hastis e manibus emissis, gladiis probabiliter aliquo modo ad pugnam inutilibus factis (cf l. Γ), ceteris vix acriter manus conserentibus, quoniam Achivi suspenso animo pugna exitum expectabant, cum iam advesperasceret (nam 291/3 hue referendos esse statim exponetur), Hectoris impulsu, quod ad hunc diem attinuit, ipsi et suae pugnae et proelii finem fecerunt. Rem ita se habuisse postea ex 290/3 cognoscetur.

Sed antea 273 sqq considerari oportet. De 273 nonnulla iam diximus; addendum est verba *αὐτοσχεδὸν οὐτάγοντο* ne certaminis quidem poetae tribui posse; hoc enim in carmine si non gladiis, at tamen hastis cominus manus conseruerant. In versibus 274 sqq praecones sua sponte intercedere videntur, cum ut Achivi Troianique ea de re inter se conveniant, flagitetur. Nostro in contextu Achivis vix esse, quod pugnam interrumpant, memorare superfluum est, quoniam non multum aberat, quin Hector occideretur. Operae pretium est, ut *Ψ* 822 sqq conferamus, qui ab hoc loco pendent. Ibi Achivi, cum Aiaci metuant, pugnae finem statuere dicuntur. Hic igitur nihil offensionio extat. Poeta quibus causis commoti intercedant, exponit, cum in l. *H* intercessio praecorum prudentiae deberi videatur, ex quibus Talthybius ne unum quidem verbum facit. Sed quoniam Hector provocavit,

ut Achivi intervenirent, fieri vix potuit. Omnes difficultates solvuntur, si divos spectatores Achivorum Troumque duces impulisse suspicamur, ut Hectorem et Aiacem, ne ultra pugnarent, adhortarentur.

Ex verso 282 v. 293 sumptus esse putari solet. Mihi quidem, num 282 genuinus esset, semper in dubio erat. Tantas tenebras fuisse, quibus ne deno et postremum manus consererent, prohiberentur, vix credibile mihi videtur, sed hoc Idaeus argumentum ridiculum esse censeo. Immo versum 282 ex 293 sumptum esse statim videbimus. In versu 281 Idaeus eorum peritiam hastarum pugnae laudat. Nam inter vocabula πολεμιστής et αἰχμητής distinguendum esse versu X 267 probatur: Νῦν σε μάλα χοὴ αἰχμητὴν ἔμμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν. Deinde vocι αἰχμητής notionem honorificam iam inesse notandum est, cum ei q. e. πολεμιστής appositione opus sit, qua utram in partem vocabulum intellegendum sit, cognoscatur. Si αἰχμητής idem atque πολεμιστής significaret, eiusmodi epitheton in versu H 281 adici necesse esset. Accedit, quod Hector paulo post (289) haec dieit: ἐπει . . . περὶ δὲ ἔγχει Ἀχαιῶν φέρετας ἔσσι. Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin eo in carmine, quod erat de certamine et ad quod Idaeus orationem referendam esse clarum est, si de deorum intercessione recte iudicavimus, hastis tantum pugnaverint, et cum Hector Aiacem se superiorem esse certe non confiteatur (288 sq, 299 sqq), ibi pugnam magis ancipitem fuisse concluso, etsi eius res meliores fuisse ex 262 sequi videtur. Hac cum sententia hastarum mentionem, quae fit in versibus 255 et 212 concinere supra commemoravimus.

Iam ad 291/3 pervenimus. Versum 293 iam Aristarchus obelo notavit ut inepte ex 282 sumptum. Praeterea 293 et 294 coniungi non posse appetet. Quod ad 291/2 attinet, verba δώῃ δ' ἐτέρωιστι δὲ νίκην non ut expectatur, ad Hectorem et Aiacem, sed ad populos spectare maxime offendit. Vss 291/2 in

altera libri H parte (377/8) melius legi videntur, et si id verum esset, hic interpolati esse probarentur. Et i. q. e. ἐτέρωιστι illic optimum sensum praebere appetet. Sed pro eo alia offendunt, quae ne neglegantur, cavenendum est. Idaeus primum Alexandri pacis condiciones, deinde Priami propositionem indutiarum faciendarum ad Achivos deferre iubetur. Paulum valet indutias non nisi pacis condicionibus repudiatis fore exponendum fuisse. Hac de re, cum de secundae l. H partis poeta agatur, non mirabimur. Sed verba: ὥστερον αὐτε μαχήσομεν εἰς δὲ δαίμων ἄμμε διακρίνῃ hic ineptissima esse iudico, in versibus 291/3 intelligi posse apparebit. Neque enim in versibus 377/8 de proelii, sed de belli interruptione Priamus loquitur, quamobrem si accurate interpretamur, eum nusquam iterum indutias facturam esse intellegendum est, quod absurdum esse existimo. Redeamus ad 288 sqq, in quibus Hector haec dicit: „Cum magnitudine, robore, mente praeditus sis“, expecto: „a pugna desistamus“. Sed quid i. q. e. νῦν premit („nunc profecto“, si 291/3 eiciuntur)? Quin de hoc tempore agatur, nemini dubium esse potest. Verba νῦν μέν versibus 291/3 deletis sensu carere clarum mihi videtur, et ex eo quod flagitatur, ut huic νῦν μέν tale quid respondeat, quale in versibus 291/2 legitur, vss 290/2 seiungendos non esse efficio. Cum vero 291/2 ad certamen non quadrare viderimus, ex iis Hectorem ut exercitus a pugnando desistant, proponere concludendum iudico. Ita si versus intellegimus, etiam v. 293 aptissimus est, quoniam Hectoris propositio eo minus mira esse videtur, si iam advesperascit. Itaque sine dubio 291/3 ad id carmen referendi sunt, in quo de proelio agebatur. Accedit quod ab iis H 29/31 pendere verisimile est, in quibus verba μαχήσονται et εὑρεσιν alterum ad alteros pertinere supra exposuimus, cum in versibus 291/2 nulla eiusmodi offensio extet. Neque 291/2 pariter atque 29/31 compilatoris esse credi potest. Denique num a versibus 377/8 recentissimis vss 291/2,

ab istis 29/31 pendere censemus? An a versu 290 vss 29/31 et ab istis 377/8 et ab utroque loco vss 291/2? Immo vss 290/3, qui si ita eos intellegimus, ut proposui, aptissimi sunt, omnium antiquissimos esse putandum est. Vss 294 sqq procul dubio aequae ac 288/9 poetae certaminis tribuendi sunt. Versum 295 ab Aristarcho sine necessitate damnatum esse censeo; certe is, qui eum composuit, inter ἔτας et ἔταιρος distinxit. Ad repetitionem verbi εὐγενίειν (294. 7) cf. τεύχεα συλήσας 78 et 82, ad 301/2, ut supra commemoravi, 89/91.

Vss 308 et 310, in quibus eadem narrantur, eidem poetae tribui non possunt. Itaque nisi 310 eiciendum putamus, quod equidem facere vereor, alterum ex altero carmine desumptum esse conficiendum est, et cum 310.2 ad id carmen pertinere, quod erat de certamine, ex versu 310 collato cum 296 sequatur, 308.9 vel 307<sup>b</sup>/9 alterius poetae esse probantur. A versu 309 v. Z 502 pendere videtur. Nam cum unum Hectorem unius audaciam et manus effugere dici expectemus, sine dubio *H* 309 melior est.

Postquam analysin huius partis Iliadis ad finem perduximus breviter repetamus quae de iis carminibus extricavimus, ex quibus liber *H* compilatus est. In recentiore eorum carminum, quod erat de certamine, eodem fere modo res descriebantur, quemadmodum in l. *H* depinguntur. Initio de colloquio Apollinis et et Minervae agebatur. Certaminis spectandi causa di in fagi ramis considunt. Hector (a dis monitus? (38)) optimos Achivorum ad certamen singulare provocat. Quos provocationem accipere veritos Nestor vehementer increpat, cuius oratione habita novem reges ad certamen se offerunt. Sorte Aiaci negotium pugnandi tribuitur. Sed postquam hastis artes suas experti sunt, di duces utriusque exercitus commovent, ut pugnae finem statuant. Ita factum est, ut praecones intervenirent, pugnatoresque discedunt, postquam uterque alteri donum quoddam pretiosum dedit.

Altero in carmine Helenus, cum hanc esse deorum voluntatem divinet, Hectorem adhortatur, ut nescimus quid suscipiat, quia mortem illi nondum imminere constet. Res igitur non sine periculo erat. Sine dubio de gravi impetu in Achivos faciendo agitur, plura conicere non possumus. Sequitur Achivorum consilium. Placet, ut Hectori, fortissimo hostium, aliquis se obviam obiciat. Consilium igitur paulo ante proelium habitum est (98: εἰ μή τις Δαναῶν νῦν Ἐκτορος ἀντίος εἰσιν). Quia ceteri cum Hectore pugnare dubitant, Menelaus surgit et vix ab Agamemnone commovetur, ut a consilio perniciose desistat. Nunc autem quod Menelaus, vir infirmior, audaciorem se praestitit ipsis, pudore affecti, alii ex regibus se offerunt, ex quibus Ajax sorte eligitur. Is Hectorem nihil opinantem opprimere cupit (Troes iam non multum abesse videntur), se victum esse sperat (191/5) Proelii, quod nunc fit, episodium gravissimum haec pugna singularis est. Praeclaris in versibus Aiakis procursus describitur. Secuntur altercationes pugnaque ipsa. Cum ut alterum occideret, neutri contingeret, et iam in vesperum dies vergeret, Hector cum Aiace convenit, ut et ipsis et populi pugnam interrumpant. Troesque valde gaudere dicuntur (308/9), quod Hector Aiakis manus effugerit.

Denique ad ea, quae in hoc altero carmine pugnam antecedebant, Doloniae priorem partem conferendam esse dixerim: Huius quoque libri initio de consiliis utriusque exercitus separatim agitur, et ab utrisque speculatores eliguntur, quorum de congressu procedente carmine legimus. K 234 sqq a libro *H* pendere supra exposuimus (pg. 29).

## Appendix.

### 1. De E 792 sqq (cf pg. 8).

Vt supra commemoravi, vss E 711/92 recentissimos esse M. Hauptius probavit. Sed iniuria a versu 793 veteris carminis reliquiae incipere putantur (cf etiam Robertum, 189 sqq). In versu 795 Diomedes vulnus refrigerare dicitur; postea autem (815 sqq), ubi ut opprobriorum refutandorum causa vulnerationis mentionem faciat, flagitatur, hac quidem de re nihil dicit, sed Minervam, ne cum dis pugnet, monuisse memorat. Itaque eos versus, in quibus de vulnera agitur, vetustos esse improbabile est. In versu 799 Minerva iugum tangere dicitur; qua de causa dea id fecerit, non intellego, sed si fecit, id memorari certo prorsus superfluum erat. Denique 835 sqq Minerva sola currum descendere dicitur, quamquam in versu 794 Diomedem iuxta currum stare legimus; si 793 sqq vetusti essent, ut Diomedes quoque in currum ascenderet, postularetur. Ex eo, quod id non facit, eum iam antea curru vehi efficiendum est, atque in fuga eum versari et propterea a Minerva increpari ex 822 sqq appareat. Non ἔλκος ἀναψίχει, sed ἀναχάζεται Ἀργα γυνώσκων. Itaque a versu 799 vetusta incipere induco. Minerva cum iugum tangit, probabiliter ne longius recedat, Diomedem prohibet.

### 2. De fago, quae ad Scaeas portas fuisse fertur (cf pg. 12 sq).

Operae pretium est, ut quaeramus, cui loco fagi illius, quae H 22 et 60 memoratur, fama debeatur; nostra enim in Iliade is non invenitur. Septem locis fagus haec vel aliqua memoratur. Hectorem vel Troas ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγόν venire legimus. Ceteris in locis (ut H 22 et 60) fagi alieuius mentio fit, neque

hanc quae ad Scaeas portas erat, respici exponitur. Illi tres loci hi sunt: Z 237, I 354, A 170, sed istis poetis fagum apud Scaeas portas inveniri iam constare ex ea formula, quam excripsi, sequitur; ei qui primus hac de re egit, eam ibi esse copiosius narrandum erat. Atqui in versu Z 237 multi codices lectionem: Σκαιάς τε πύλας καὶ πίγεον adhibent, quam veram esse ex contextu cognoscitur. De turri cf Φ 526, Γ 149 sqq. Et turris notionem multo aptius tam arte cum portis coniungi appetat, ita ut Σκαιάς quasi ἀπὸ κοινοῦ dictum sit. Etiam quod ad A 170 attinet, si πίγεον pro φηγόν poneretur, sensus melior praebetur; neque enim Troas fugientes ad fagum pervenire quicquam refert, sed ad urbem: ibi demum subsistunt. Tamen hoc in versu πίγεον non restituemus, quia locus recentissimus est. In versu 166 Ili tumulus, 167 fieus illa memoratur; poeta igitur diligenter omnia congesit, quae de geographia campi Troiani constabat. Sed revertetur ad versum 170. — Vss I 353 sqq ineptissimi sunt. V, 354 hoc loco plane sensu caret, nisi cum Hentzio verba: ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγόν sic interpretamur: „bis zur Eiche hinterm skäischen Tor“, quod, quantum equidem iudicare possum, facere non licet. Sed 348 sqq in quibus moenia commemorantur, a Bergkio et Duentzero iure damnati sunt. De 355 iam in pg 14 egimus, propterea postea ad eum reverti necesse est. Formula illam: ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγόν uno loco ne iure quidem legi, ceteros, quibus extat, poetis recentissimis deberi videmus, unde eam ipsam vetustissimam non esse appetat.

Duobus aliis locis fagus quaedam quae Iovi sacra erat memoratur, H 60 et E 693. Quin eadem respereretur, cuius Z 237 sqq etc mentio fit, adhuc nemo dubitavit. Si haec opinio vera est, his ex locis eam lovi sacram fuisse discitur, deinde olim ab aliquo poeta accuratius de ea actum esse pariter atque ex illa formula hinc efficitur. Fagos arbores Iovi sacras esse eo confirmatur, quod luci Dodonaei arbores fagi

fuisse traduntur: Hes frg 212 Rzach (236): *Δωδώνης γηγόν τε, Πελασγῶν ἔδρανον ἦεν.* cf frg 134 (156); Soph Trach 171 (1168 δρῦς). Quin inter *H* 60 et *E* 693 ratio quaedam intercedat, dubitari vix potest: *H* 60 ἐξέσθητο . . . γηγῷ ἐφ' ὑψήλῃ πατρὸς Διὸς αἰγάλεω; *E* 693 εἶσαν . . . ἐπ' αἰγιόχῳ Διὸς περικάλει γηγῷ; cf quae supra de *E* 708 et *H* 221 diximus (pg 52). De versu *H* 60 supra egimus fagique vetusto in carmine mentionem copiosiorem factam esse conieciimus. Tamen partes nimis parvas ei tribui iudico, quam ut hinc eius famam ortam esse credibile sit. Pergamus igitur eos locos considerare, ubi de ea agitur. V *E* 693 in eo episodio (vel appendice eius episodii) extat, quod est de Tlepolemi interitu, cuius figuram a recenti quodam poeta Rhodiorum gratia in Iliadem inductam esse notum est. Etiam ea fagimentio, quae hoc loco fit, permira est. Cur ibi neque alibi Sarpedonem deponant, quaero; vix quia Iuppiter eius pater est; nam poeta id probabiliter accuratius dixisset. Sed multa hoc in loco offensioni sunt<sup>1)</sup>: V. 696 ad morientem spectare videtur; et sane mors accedere solet, cum hasta ex vulnere extrahitur, sed vix, si de femine agitur (694). Poeta duos locos imitari videtur. Primum, quod mirum non est, descriptionem mortis Sarpedonis, *H* 504 sq:

ἐκ χροὸς ἔλκε δόρυν, προὶ δὲ γρέες αὐτῷ ἐποτο. τοῖο δύμα ψυχὴν τε καὶ ἔγχος ἐξερνσ' αὐχιῆν.

Deinde cf *E* 428 sqq. Hectorem, quem lapide ab Aiace iacto animus reliquit, comites *χερσίν αἰερεῖτες γέρον ἐκ πόνου* (cf *E* 663). In curru suo depositum ad urbem vehunt. Vbi ad Scamandrum ventum est, de curru eum tollunt, ut aqua consper-

<sup>1)</sup> 666 delendum et 667 cum 667 coniungendum esse Herwerdenus et Nauckius viderunt. Neque vero ii versus minus absurde dicuntur. Cur Sarpedo, qui ad Hectorem tot verba facit, amicos non adit, ut hastam extrahant? Sed id inter pugnantes facere vix potuerunt! Probabiliter igitur 665 et 667 et ipsi, sed prius versu 666 adiecti sunt.

gatur animusque ei redeat; οὐ δὲ ἀμπτνίνθη (*E* 697) . . . αὐτις . . . δέ οἱ ὅσσε τὰς ἐκάλυψε μέλαινα (*O* 239: Apollo εἴρη . . . "Ἐκτορα . . . ἕμενον"). Hunc locum imitatum poetam illius l. *E* loci pro Scamandro ex *H* 60 fagum posuisse non improbabile mihi videtur. Certe veri similius quid non inveni. — Relineuntur *H* 22, de quo supra egimus et *Φ* 549, qui locus non minus intricatus illo libri *E* est. 547/9 cum 550/1 diserepare appetet. Fieri non potuit, ut deus iuxta Agenorem fago se applicaret, priusquam ille ipse substituit. Deinde ex priore orationis eius quae sequitur parte (553—62) Apollinem ei animum iniecerit non conficeremus, nisi in versibus 547/9 ea dicentur. Itaque 547/9 sine dubio hue non quadrant. Sed ne eos interpolatos putemus et quod 551 Agenor subsistere dicitur, hoc Apollini deberi interpretemur, 549 obstat, qui qua de causa adiectus sit, excogitari non potest. Atqui Agenoris et Achillis pugna sine dubio, ut Hectoris interitus retardetur, inserta est (*Φ* 552 sq = *X* 98 sq, *Φ* 562 = *X* 122), et ad Hectorem v. 548 multo melius quadrat, quia Hector revera in summo vitae discrimine est, Agenor ab Apolline servatur. Ergo 547/9 aliquando de Hectore dictos esse suspicor. Atque hoc gravissimum est. Nam si id recte conieci, quin hac Hectoris et Achillis pugna apud fagum commissa fagus in omnium ora venerit, dubitari non potest (Scaeae portae 526. 31 memorantur). Huc accedit, quod apud fagum eos olim manus conseruisse ex I 355 discitur. Hinc pugnae veteris retractatio recens respicitur, ubi Hectori contingisse, ut effugeret, narrabatur? cf. Y 438 sqq. Denique tertio eorum locorum, quibus formula: *ἔς Σκαιάς τε πύλας καὶ γηγόν* (*ἴχοντο*) extat, *Α* 170, eum versum, qui praecedit, verbo tenus cum ultimo libri *Y* versu concinere dixerim, primo verbo excepto. Legitur enim in l. *Y Πηλεΐδης*, in l. *Α Ατρεΐδης*. Nescio an nimis audacter coniectum sit *Α* 169/70 ex eo carmine sumptos esse, in quo de Hectoris morte agebatur.

In hoc cum et turri (*Φ* 526 sqq) et fago magnae partes tribuerentur, facile fieri potuit, ut pro vetusta formulae lectione (*καὶ πίγηρ*, cf. quae de *Α* 170 pg 71 diximus) altera illa inveterasceret. Similiter atque de fago de fico illa res se habuit, cuius fama probabiliter ex ea Troiae oppugnatione orta est, ad quam vss *Z* 433/9 ab Alexandrinis iure obelo notati pertinent.

### 3. Quae ratio inter l. *I* et alteram l. *Α* partem intercedat, quaeritur.

Quaeratur, quae ratio intercedat inter l. *I* et eam l. *Α* partem, ubi Patroclum ab Achille missum Nestor admonet, ut amici iram lenire studeat. Incipio ab iis libri *Α* versibus, in quibus legatio illa Nestoris memoratur, ad quam etiam *H* 125 spectat (pg 27). Quin vss *Α* 767/85, quos Aristophanes et Aristarchus obelo notaverunt, delendi sint, dubium esse non potest. Flagitatur enim, ut post verba: *ῳδ' ἐπέτελλεν* (765) statim Menoetii oratio legatur. Accedunt aliae horum versuum ineptiae, quas Aristonicus optime exponit: *ὅτι οὐ Πηλεῖ ἐπέβαλλε ποιεῖν οὐ Αχελλεῖς πράσσει, αὐτὸς δὲ ὡς εἴδωλον σπένδει κτλ.* Versum 777b ex *I* 193b desumptum esse inter omnes constat, itemque Vlixis mentionem (767) ad *I* 252 sqq spectare suspicor. Denique 778 ex 646 sumptum esse memorabile est, qui versus his locis exceptis non nisi γ 35 extat. Sed *Α* 765/6 qui locum interpolatum antecedunt, vetustiores quam *I* 252 sqq esse gravissimum est. Iam primo obtutu, cum librum *Α* conferendum esse nondum vidi sem, in versibus *I* 252 sqq. Vlixem talia narrare miratus sum; Nestor eiusmodi res profere solet, vel Phoenix, alter Nestor. Nestoris autem in libro *Α* ea verba sunt, ad quem etiam allocutio: *ὦ πέπον* multo melius quadrat quam ad Vlixem. Itaque hunc certe libri *Α* locum vetustiorem esse censemus. Iniuria igitur Robertus (pg. 553) vss *Α* 765 sqq a *I* 438 sqq, qui a Phoenice dicuntur, pendere

opinatur, versibus *I* 252 sqq prorsus neglectis, ex quibus 438 sqq desumptos esse appareat. Pariter ceteri loci huius l. *Α* partis, quibus cum l. *I* ratio intercedit, vetustiores quam l. *I* esse probantur. Agitur de *Α* 666 sqq et 610 sqq. Poeta versuum *Α* 609/10 id carmen, quod inscribitur *Πρεσβεία*, aut non novit aut si noverit, certe haec Achillis verba ante dicta esse voluit, quam Achivi revera legationem ad illum miserunt. Achilles enim hic sperare dicitur Achivos supplicantes ad se venturos esse et quasi gaudio exultat hoc ita fore. Neque id adeo mirum est, quoniam tum id impetraverit, quod Thetis a Iove petiit. (*Α* 509/10). Sed is, qui Achivos sibi supplicatueros esse sperat, sine dubio postquam quod cupivit impetravit, in gratiam redibit<sup>1)</sup>. Itaque legatio libri *I*, ubi infecta re legati reverti coguntur, recentior est. In versibus *Α* 666 sqq vss *I* 650/5 respici non magis concedere possum. De versibus libri *Α* Hentzius (Praef. h. a. libr. pg 124) recte sic iudicat: „Gerade der Umstand, dass Nestor den von Achill im *I* ausgesprochenen Entschluss, nicht eher in den Kampf einzutreten, als bis die Schiffe vom Feuer bedroht würden, in Form einer vermutenden Frage mit η ausspricht, zeigt doch deutlich, dass der Dichter die Pressbeia nicht voraussetzt“, et vss *I* 650/5 ne genuinos quidem esse quippe qui et cum *I* 357 sqq discrepant et ab Vlixo 677 sqq neglegantur, Robertus ipse confitetur. Et sine dubio Vlixem ea referre opus erat; postulatur enim, quoniam prius Achillis consilium memorat, ut etiam hoc alterum, quo illud irritum fit, renuntiet (contra Bergkum Gr. Litt. G. I 597). Vnicus igitur locus, qui recentior libro *I* est, in interpolatis versibus extat, cum carmen ipsum legatione ad Achilleum missa antiquius esse probetur. Nam etsi

<sup>1)</sup> Hanc discepantiam inter hos l. *A* versus et A. I extare dudum observatum est. Cf. e. g. Bonitz, Ueb. den Urspr. d. hom. Ged. 66; Bergk, Gr. Litt. G. I 597, Kayser, Hom. Abh. 54.

I 650/5 interpolati sunt, tamen A 609/10 vetustiores ipso libro I sunt. Sed quid ex iis quae in l. A legitimus, carmini genuino tribuendum sit, non facile est dijudicare. Totum episodum accurate interpretari huius loci non est; tamen pauca memorare mihi liceat. Imprimis Machaonis mentionem probabiliter recentem esse dixerim. Achilles, *εἰσογόων πόνον αἴπὺν ἰωκήρ τε κρνόεσσαν* (601, sic cum Bentleyio legendum puto, cf E 740) Patroclum ad se vocat. Postquam accessit, Achilles initium facit loquendi a clade Achivorum, quae maxime exoptata ei accidit. In iis quae secuntur, subito amico imperat, ut quis homo ille vulneratus sit, quaerat. Neque intellegi potest, quid eius intersit compere revera Machaonem vulneratum esse, quod iam ipse suspicatur. Nobis quidem Patroclum ea de causa mitti absurdum videtur. Aut si ea de re certior fieri cupivit, cur non inde incipit, sed ab omnium Achivorum strage? Patroclus postquam quis ille esset vidit, sibi redeundum fuisse ipse concedit. Tamen sequitur Nestoris oratio, ex qua maior pars huius episodii vel carminis constat, et quae hoc in contextu quasi appendix inepta esse videtur. Hac vero in oratione neque Achillis mandata neque Patrocli verba respieuntur neque — versu 663 excepto — Machaonis usquam mentio fit, sed Achillem Achivos, qui quidem vulnerati sint, deploare Nestor miratur. Vnde id efficit? Patroclus nihil eiusmodi dixit! Postulatur, ut in Nestoris verbis responsio ad ea continetur, quae Patroclus dixit. Suspicio igitur vss 611/5 genuinos non esse, sed olim hic quoque de Achivorum mala fortuna actum esse et Achillem mandasse, ut Patroclus ea de re plura exploraret. Itaque etiam 596/9<sup>a</sup> retractationi tribuendi sunt. Prius versus 599 hemistichium ineptum esse appareat. Cf e. g. II 5: *τὸν δὲ ιδῶν φύτειρε*. Ab eo q. e. *ἐνόησε* vetusta incipere possunt. — Vt initium orationis Nestoreae accurate interpretaremur, fieri non potest, quia antea querendum est, num 658/61 genuini sint, i. e.

utrum de carmine singulari res sit an de episodio primo ab initio hunc ad locum facto qua de re paucis agi nequit. 656 cum 665 discrepare Cauerus (Üb. d. Urf. einig. Rhaps. d. II., 1850 pg 21) vidit, et cum 665 Machaonis mentionem (663) cohaerere fortasse grave est. 663 in versibus II 23 sqq neglegi notum est. Tamen hinc aliquid concludere non sine periculo mihi videtur, quoniam illa quaestio in dubio est. E. g. forsitan tamen 663 genuinus et hoc premendum sit, in eo Machaonem non nomine designari. Inter duas partes narrationis eius, quae sequitur, distingendum esse Erhardtius vidit (Entsteh. d. hom. Ged. pg 187), qui probabiliter 670/84 vetustos putat (683/4 discrepant. cum 717 sqq, 671 'Ηλεῖοι, 688. 94 etc 'Ἐπειοί<sup>1)</sup>).

Quod ad l. I attinet, de donorum enumeratione aliquid proferre mihi liceat. Inter ea dona, quae respiciuntur eo in carmine, quod inscribitur *Μίνδος ἀπόρρητος*, et ea, quae ibi negleguntur, distinguendum esse, Bergkius (pg 597) intellexit. Respiciuntur, quae statim danda sunt, silentio praetereuntur, quae Troia expugnata se daturum Agamemno pollicetur; praecipue igitur nihil de filia in matrimonium ducenda, nihil de urbibus Achilli dandis in libro T narratur. Itaque I 135/57 = 277/99 recentiores probari videntur. Sed etiamsi eos deleamus, haec offensio relinquitur: Quidnam Achilles ad ea respondeat, quod Agamemno se iuraturum Briseïdem a se vitiatam non esse promittit? I 378/87 versus praeclari, ad dona spectant, 388 sqq, in quibus de filia Agamemnonis uxore ducenda agitur, recentes sunt laxeque cum iis quae praecedunt cohaerent. De iureiurando hic quidem nihil legitur. Antea

<sup>1)</sup> Qua de causa Pylii 759 Achivi vocentur, nescio; 694, 737, 744 varia lectio 'Αζαιοι pro 'Ἐπειοι probabiliter propterea interpolata est, ne Epei (Elei) Achivi non esse videantur. Ceterum quod ad alteram narrationis partem attinet, res intricatus se habet; cf. 711 et 722, 713 et 733. De retractatione agi etiam versus 737 probatur, qui pessimus est.

autem (340/5) Achilles vehementissime conquestus, num soli Atridae uxores suas ament, quaerit. De abrepta Briseide 344/5 loquitur, de reddenda nihil. Ergo Agamemnonem se eam redditum pollicitum esse incredibile est, sed etiam 131/4 = 273/6 delendi sunt. Etiam 638 Achivis septem virgines Achilli dare in animo esse legimus, sed probabiliter ἀντί ἐκείνης, ὅτι Ατρεΐδης ἀπήντα; ceterum tot diebus intermissis illam ab Agamemnone non vitiatam esse Achilles sperare vix potuit (atque interpolator hoc ipse concedit: 276 = 134: ἵνα γέμεις ἔστιν; quomodo Homeri temporibus poetae ea de re senserint, etiam ex A 31 apparet, quem una cum versibus 29/30 Aristarchus damnavit, ὅτι ἀπορεῖς τὸν Ἀγαμένον τουτὰ λέγει): ea de causa de Briseide reddenda nihil dicebatur indeque Achillis maenor, 340 sqq, qui versus paene sensu carent, si 273/6 antea leguntur. Neque vero ab eodem poeta 131/4 = 273/6 et 135.57 = 277.99 adiecti videntur. Nam quod ad hos attinet, v. 143 ab Agamemnone multo melius profertur, quam ab Vlixe, ut eo magis regi causam amoris esse demonstretur; Vlices autem rem refert, Achilli sine dubio ne ignotam quidem; similiter de 143 = 285 res se habet. Is igitur, qui eos adiecit, ad Agamemnonis orationem eos adaptavit, ut numerum donorum augeret. Etiam 125.7 = 267.9, ex quibus priores<sup>1)</sup> interpolatos esse Bergkius (l. l.) censet, ut, quot praemia equi meruerint, exponatur, priore loco melius leguntur, quia altero hemistichium ἀερίλια ποσσίν ἀφορτο bis extat. Sed aliter de 131/4 = 273/6 iudicandum puto, qui prius altero loco inserti videntur. Neque enim, si quis contrarium verum esse opinetur, intellego qua de causa verba ἀνθρώπων πέλει (134) in versu 276 non repeatantur; sin autem in oratione Vlixis eos prius interpolatos et hinc in illam Agamemnonis translatos esse censemus, pro appellatione ἄντες alia ponere necesse erat. T 177 = I 276, non = 134.

<sup>1)</sup> An utrosque? quod non incredibile est, quamquam de alteris taceat; sed argumenta eius ad utrosque quadrant.

#### 4. De binis librorum A et P locis, qui alteri ab alteris pendent.

a) Quod ad aestimationem fortitudinis Menelai apud Iliadis poetas attinet, praeter eos locos, quos in pg 29 tractavi, vss P 90 sqq magni momenti mili videntur. Menelaus hic ne solus ab Hectore et Troibus circumveniatur, fugae se mandare animum iudicuit Hoc cum loco conferamus A 404 sqq, ubi Vlixi haec dantur (403 sq = P 90 sq, 407 = P 97):

Οἰδα γὰρ, ὅτι τι κακοὶ μὲν ἀποικονται πολέμοιο  
ὅς δὲ καὶ ἀριστεύγησι μάχῃ ἔνι, τὸν δὲ μάλα χρώε  
ἔσταμεναι κρατερῶς κτλ.

Libri A locum vetustiorem esse credi nequit. Nullus poeta librum A imitatus Menelaum fugientem describere ausus esset.<sup>1)</sup> Immo libri A poeta cum Vlixi ea tribuit, Menelaum μαλγακόν esse probare vult. Consideremus, quae in l. A secuntur. A 411/2 = P 106/7. Vlices postquam resistendi consilium iniit, a Troibus circumvenitur, A 413 sqq. Secuntur cum aliae res ab Vlixe gestae, tum Soci imperfectio Vlixisque ipsius vulneratio, usque ad 458. Vlixe vulnerato Troes audacius procedunt. A 461 = P 108. A 413/60 igitur quasi inter P 107 (= A 412) et 108 inserti sunt. Neque A 461 ad hunc libri A locum quadrat quoniam Vlices undique circumventus est, (413, 468, 473 sqq). Itaque libri A locum recentiorem esse illo libri P apparet.

Eodem modo de Aiacis fuga, A 545 sqq, iudicandum est. Ibi duas imagines proferri dudum offensioni erat. Imagines, quod quantum vidi, adhuc observatum non est, maxime eo inter se differre censeo, quod ex

<sup>1)</sup> Quod Robertus (77 sq) P 1/131 recentes esse censet, hanc libri A partem, de qua agitur, antiquissimam, non necessario 90 sqq cum ea narratione, quae fit de Euphorbi interitu, cohaerere Erhardtius (Entst. d. hom. Ged. 315) recte censere videtur. 123/31 valde retractati sunt: 125 sq de corpore Patroeli audimus, 128/30 ea de re nihil, sed de spoliis, neque usquam spoliatio descripta est (cf 107 et 122. 23).

priore Troianos eminus subsequi efficiendum videtur, si alteram sequimur, Ajax cominus feritur (cf 563/5). Itaque quod ad hanc alteram attinet, Aiacem saepius rursus se convertere, ut hostes repellat, necesse est, quae exponuntur in versibus *A* 566/8 (cf *P* 731/4 ubi Aiaces Menelaum et Merionem, qui corpus Patrocli mortui ad naves referunt, a Troibus defendunt). *A* 569 sqq Troes eminus tela coniciunt. Neque vero hos versus intricatissimos<sup>1)</sup> neque id episodium quod sequitur et in quo de Euphorbo agitur, tractare in animo habeo. *A* 595 = *P* 114; hoc ex versu Aiacem antea nondum substituisse conficitur. Ergo 566/8 cum 595 non congruunt, atque verbo ἐντροπαλίζεσθαι, quod et *P* 109, et *A* 544 legitur, notionem mox regredientis, mox resistentis non inesse (Schol *B* ad *A* 544, Eust. eund a l.), si quis de hoc libri *A* loco dubitet, qui recentior et graviter retractatus est, certe libri *P* loco probatur; altera igitur Eustathii interpretatio praefenda est: δ συνχνά ἐπιστρεφόμενος, μή ἐξ τῶν ὄπισθεν πάθοι πληγήν (cf *A* 546: παπτήνας). Eminus enim Troiani in l. *P* tela coniciunt idemque ex priore libri *A* imagine confit. Itaque in l. *A* haec verba coniungenda sunt: τρέσσε δέ . . . ἐφ' ὅμιλον (546) et στῆ δέ μεταστρεψθείς (595), quos versus non tot versibus intermissis alterum ab altero remotum legisse videtur poeta versuum *O* 586 sqq (586 ἐπεστε θηρί κακόν ἔισαντι ἑοικώς; cf *A* 546; sustulit igitur verbis κακόν ἔισαντι adiectis offensionem eam, quae in l. *A* extat; *O* 591 = *A* 595). Cum hac priore libri *A* imagine conferendi sunt primum *P* 109 sqq; hunc libri *P* locum vetustiorem esse et ex praemissa voce θηρί (ἑοικώς), *A* 546, et ex eo sequitur, quod poeta libri *A* vocabulum: ἐντροπαλίζόμενος explicare studet: παπτήνας . . . ὀλίγον γόννος ἀμέβων; deinde *A* 548 sqq verbo tenus cum *P* 658 sqq concinunt, quorum utri ab

<sup>1)</sup> Αὐτός (570) hoc in contextu sensu caret; praeterea δύο et ιστάμενος inter se pugnare iam observatum est. In versibus 571/3 offensiones non extant.

alteris pendent, pro certo diiudicari vix potest, antequam quid de compositione libri *P* putandum sit, expositum est, quam quaestionem difficilem tractare huius loci non est, neque id diiudicari nostra refert, si *A* 548 sqq a *P* 109 sqq, qui vetustiores sunt quam 658 sqq, pendere probavimus. *A* 401 sqq, ut vidimus, de Vlixe sunt, qui a Troibus graviter urgetur, in versibus 471/98, quos hic non tractabο (472 Menelaus praeire dieitur, 480 sqq de Aiace tantum audimus) de Menelao et Aiace agitur, ex quibus ille Vlixem vulneratum e tumultu ad naves reducit, hic a Troibus illos defendit. Plane eodem modo olim in l. *P* de Patrocli corpore auferendo rem se habuisse Robertus (pg 86) et ex interpretatione libri *P* et ex ea mortis Achillis descriptione effecit, quae in Aethiopide extabat (cf *P* 732 sqq), quam conjecturam hoe libri *A* loco, quem a l. *P* pendere vidimus, confirmari censeo.<sup>1)</sup> Similiter quod ad Diomedis vulnerationem attinet (*A* 354/83), poeta carmen quod erat de Achillis morte vetustissimum imitatur. Paris enim, ut Hectorem fratrem ulcisceretur, Diomedis calceum pedis dextri transfodisse dicitur (*A* 377). *S* 96: αὐτίκα γάρ τοι ἐπειτα μεθ' Ἐκτορα πότιμος ἔνοιημος.

### 5. Ajax in I. M.

Quod Ajax in versu *H* 199, qui una cum 196/8 damnandus est (cf. pg 35), Salaminius vocatur, etiam in eo Teichomachiae episodio, in quo Menestheo magnae partes dantur, Salamina patriam eius esse dixerim. Menestheus enim *M* 343 sqq Aiacem Telamonium ad se venire paene iubet, proinde ac si Ajax in Atheniensium dicione et potestate sit; clarum igitur est, huic poetae Aiacem Salaminium fuisse.

<sup>1)</sup> Vt *A* 521 cum 498 coniungatur (Robert. pg 106, 309) fieri non potest, quia 521/2 genuini non sunt. Nam cum Cebriones fratrem iis verbis, quae 523 sqq leguntur, adiret, eos curru iam vectos esse ex *A* 531 efficitur.

Gravissimum autem est, quamquam Menesthei iussu Ajax arcessitur, ut auxilium ferat, postquam accessit, Menesthei ipsius ne uno quidem verbo mentionem fieri, unde id episodium in quo de Menestheo agitur, rebus a Sarpedone in l. *M* gestis, quas et in iis quae antecedunt et in iis quae secuntur, poeta describit, recentius esse efficitur (quam Teichomachiae partem a vetustissimo carmine alienam fuisse Wilamowitzius censet, Hom. Unt. 249 *A*).

#### 6. De armationibus Agamemnonis (*A* 16 sqq) et Minervae (*O* 385 sqq; *E* 734 sqq).

Ad pg 40. Quantopere poetae recentiores studuerint aliquid, quod versui *H* 134 vel *I* 333 responderet, de suo addere, his duobus exemplis illustretur. In versibus *A* 20 sqq, recentissimo eorum quattuor locorum quibus armationes heroum accurate describuntur, sine dubio ea de causa Agamemno thoracem sibi a Cyprio quodam dono datum induere cogitur. Deinde non me errare puto, si illorum locorum imitatione accidisse suspicor, ut Minerva patris tunica ornetur et (scuti loco) aegida in umeris ponat, quae ceteris locis iure manu tenetur (nam Juppiter *aītōxos* vocatur), *O* 385 sqq, *E* 734 sqq.

#### 7. De Aiacis scuto et hasta.

Ad pg 48. Bis in Iliade Ajax praeter ceteros fortiter se gerit, et cum Troes naves incendere conantur, et ubi de defensione Patrocli mortui agitur. Hoc altero in carmine, ut iam memoravi (pg. 48), sine dubio scuto eius olim magnae partes tribuebantur (cf *P* 132 sqq), cum in proelio navalii Ajax hasta solus navem Protesilai defendens inter omnes excellere dicatur (*O* 704 sqq; hasta memoratur 730, 742). Paulo ante, *O* 677, hasta eius *ξυστὸν μέγαν ναῦμαχον* (cf *O* 388) vocatur; num hic locus eiusdem poetae sit atque 704 sqq, dijudicare in animo non

habeo, sed probabiliter variis poetis loci debentur. Neque enim 704 sqq usquam vox *ξυστόν* legitur; deinde poetae versuum 674 sqq vss *H* 219 sqq iam noti fuisse videntur: Vt in l. *H* scutum ex septem pellibus compositum, ita hic hastam viginti cubita longam possedisse<sup>6</sup> Ajax dicitur, qualem umquam extitisse credi nequit, sed eam pariter atque scutum fabulosam esse appetet. Hic igitur poeta hastae Aiacis gloriam scuto similem comparare cupivit. Recentiores poetas in eo offendisse, quod in pugna navalii scuti clarissimi mentio facta non est, ex *H* 102 sqq discitur. *H* 102 = *O* 726. In versibus *H* 103/11 de scuto audimus, in iis quae secuntur pariter atque *O* 726 sqq de hasta. Itaque *H* 113 sqq olim cum l. *O* cohaerent, 102/11 autem facti sunt, cum scutum iam in ore omnium erat. Tamen *N* 710 sqq ab iis pendent. Vss *H* 102/23 unius poetae non esse etiam ex verso 112 concludi potuit, in quo carminis singularis initium contineri videtur; cf initium illud Iliadis, quod Aristoxenus testatur:

*Ἐσπετε νῦν μοι μοῦσαι Ὄλύμπια δώματ' ἔχονσαι  
ὅππως δὴ μῆνις τε χόλος θ' ἐλε Πηλείωνα κτλ.*

Similiter in altero eorum carminum, ex quibus l. *H* compilatum est, Aiacis scutum laudibus effertur (219 sqq), in altero eius peritia hasta pugnandi (288 sq, 213).

Vt in pugna navalii Aiacis scuto olim partes nullae tribuebantur, ita quod *P* 356 sqq Ajax Achivos conferta acie corpus Patrocli defendere iubet, hae ineptiae imitatione epinausimachiae ortae sunt. Cur tandem non alii corpus auferunt, alii hostes arcent? Ceteris in locis, ut aequum est, pauci mortuum defendunt: *P* 3 sqq, 132 sqq, 256 sqq, 715 sqq. Hanc inventionem absurdam imitatione versuum *N* 126 sqq explicari versibus *P* 398 sq probatur. Hos enim versus et *N* 127 sq alteros ab alteris pendere luce clarius et illie phalanx aptissima est.

8. De N 802 sqq.

De N 802 sqq, ubi Hector et Ajax iterum altercationes faciunt, nonnulla iam in pg 56 diximus. Hunc locum cum N 126 sqq cohaerere Robertus (pg 119 sqq) ex phalangis mentione (N 806) recte conclusit. In versibus N 802 sqq Hector mirum quodam experimentum facit, quo Argivos terreat. Non verbis, ut Achilles in l. Y (430) et Ajax in l. H (cf 235 sqq), sed factis hostibus timorem inicere studet. In l. H inveniuntur verba: *μή τι μεν πειρήτιςε*, in l. Y: *μή με... ἔλπεο δειδίξεσθαι*, in l. N utrumque: *ἔπειράτο* et *τι δειδίσσεαι*. Loci librorum Y et H in eo concinunt, quod de verborum tantum contumelialis agitur. Sed in l. H iam aliquid novi accedit: Hector postquam similiter atque in l. Y non viros, sed feminas in bellis gerendis inexercitatas verbis deterri dixit, suas artes laudat. Atque huius loci imitatione ea orta sunt, quae in l. N leguntur. Primum enim hic iis artibus utitur, quibus in l. H gloriatur; revera eos *πειράται*, atque factis. Huius experimenti descriptionem ad H 238/9, 243 spectare in pg 56 probare studui. Deinde in versibus N 810 sqq vss H 235 sqq respici clarum est. In l. H viros bellorum peritos iactationibus non deterri dixit. Etiam hic legimus: „Quid timorem te nobis inicere posse speras? neque enim belli imperiti sumus.“ Tamen haec verba hunc ad locum non plane quadrabant, quia Achivos vinci Ajax negare non potuit. Itaque haec addit: „Superiores sane estis, tamen non quo fortiores sitis, sed quod Juppiter vos adiuvat.“ Manifestum est, ut spero, haec ad l. H pertinere. Etiam l. Y hoc libri N loco respici ex versu 810 efficere non audeo. Neque enim incredibile est poetam libri N, quoniam pro eo quod in l. H Ajax Hectorem verbis *πειρητίζει*, Priamidam factis Achivos *πειρώμενον* depingit, initio eius orationis, quam Ajax habuit, ut inter voces alternaret, de suo pro illo *πειρήτις* libri H hoc *δειδίσσεαι* posuisse.

Ex versibus 813/6 de pugna navali agi comperimus, neque versus optimos esse appetit. Nam Aiacem ea dicere absurdum est, cum quin Hector Troas naves incensuros esse speret, dubium esse non possit. Videamus igitur, quali de poeta agitur: multa aliunde sumpsit, neque ea quae de suo dat aptissima sunt. Vss 817/20 genuinos non esse Robertus (l. l.) Ionicis dialecti vestigiis commotus suspicatur, et revera eos delendos esse statim aliis quoque et certioribus argumentis probabitur.

Si librum N a l. H pendere recte effeci, haec sententia versibus N 824 et H 234 certe non refellitur. Versum H 234 genuinum non esse in pg 58 sq docui. Si l. H recentior esset, appellatio ibi certe non desideraretur, quia in l. N haec:

*Αἰαν ἀμαρτοεπές βονγάες ποῖον ἔειπες*  
extat, sed quoniam ea, quae maiore pondere diceretur, inveniri vix potuit, poeta l. H sine dubio hanc allocutionem etiam suae Hectoris orationi praemisisset. Pro eo in l. H olim nulla compellatio extabat, cum libri N poeta, ut imitatores eos, quos excribunt, plerumque superare student, versum N 824 de suo daret non male ad exemplum versus Γ 39 compositum.

In l. H Hector suam belli peritiam iactat, in l. N verba maxime nefaria facit, qualia quod sciam nusquam in Iliade leguntur, si Θ 538 sqq excipimus; et vss Θ 540/1 = N 827/8 ex l. N sumptos esse inde sequitur, quod in l. Θ de eo ipso die non agitur. Ceterum hunc locum libri Θ intricatissimum attingere vereor.<sup>1)</sup> Vnde igitur poetae libri N in mentem venit Hectorem talia loquentem facere? Suspicabimur, id quoque imitationi deberi. Libri Y Hector *αἴσνλα μυθεῖσθαι* se nolle dicit (433). Hunene poetam libri N superare voluit? Adhuc quidem nobis non erat, quod l. Y respici concluderemus. Sed a l. H hunc locum pendere vidimus. Vocem *ταλαιόνος* versu

<sup>1)</sup> Falsissime Ludwichius 532/4 eicit, quibus deletis prorsus non cognoscitur, quis ille sit, de quo Hector loquitur.

*H* 239 excepto non nisi de Marte dici et iam Reiche-  
lium censuisse Hectorem, quod se *ταλαιότον πολεμίζειν*  
gloriatur, suam virtutem cum Martis fortitudine com-  
parare supra commemoravimus. Neque mihi quidem  
ex imitatione huius loci vss *N* 825 sqq ortas esse im-  
probabile videtur. Id si verum est, hinc quoque liber  
*H* vetustior esse probatur. Nam si l. *H* a. l. *N* pen-  
deret, nefaria ita imminuta essent, ut paene omnino  
non cognoscerentur.

Denique vss 829/32 ineptissimos et ex *Θ* 379/80  
sumptos esse notandum est. Illic genetivus *Tρώων* ab  
eo q. e. *τις* pendet, hic: canes et aves Troianorum  
coniungendum est. Accedit quod apud naves Achivi-  
orum ut Troes mori dicantur, postulandum est  
neque Achivi ipsi Itaque 829/32 sine dubio eiciendi  
sunt et una cum iis 817/20, qui quin eiusdem poetae  
sint, dubitari non potest: In utrisque heroes, qui  
antea de populorum fortuna locuti sunt, de sua ipsorum  
aliquid adiciunt. Vt vss *N* 827/8 vetustiores esse  
quam *Θ* 540/1 vidimus, ita vss *N* 829/30 qui inter-  
polati sunt, a *Θ* 535/6 pendere non incredibile est.

#### 9. De *Ξ* 402 sqq.

Denique *Ξ* 402 sqq inspiciamus, ubi Ajax cum  
Hectorе congressus lapide uititur (cf *H* 263 sqq). Hunc  
locum a pugna Hectoris et Achillis pendere memora-  
vimus, ubi de *H* 262 egimus (pg 64). Nam primum  
Hector hic quoque *ἀγχόθι δειρῆς* contingitur deinde  
*Ξ* 406/7 = *X* 291/2. Quod Robertus (pg 135) ut vss *Ξ*  
402 sqq versui *N* 827 adnectantur, proponit, locos coniungi  
non posse, nisi graviores immutationes factas esse  
putamus, ex *Ξ* 402/3 sequitur. Tali quasi excusatione  
opus non erat, si Hector et Ajax eodem fere tempore  
tot maledicta in se congesserunt. Immo v 403 ad  
eum libri *Ξ* locum quadrat, quo legitur. Ex eo quod  
Hectoris recedentis pectus feritur, eum pariter atque  
Adamantem *N* 567, cum fugeret, terga hostibus non

convertisse efficiendum est, quod fecerunt e.g. Harpalio,  
*N* 650, Ajax *A* 545. Hectorem procubuisse ex *Ξ* 413  
concludi nequit. 419 aperte cum iis quae praecedunt,  
discrepat. Nam ne Hectorem duas hastas habuisse  
arbitremur, 406/7 obstant (Cf *Γ* 356/7, 379). Itaque  
retractatio non (ut Robertus opinatus est) a versu 421  
incipit, sed iam a 414. Quodsi utrum *H* 263 sqq an  
*Ξ* 402 sqq vetustiores sint, quaerimus, ex *H* 265 et  
*Ξ* 410 vix aliquid certi concludi potest. Sed si l. *H*  
antiquior esset, discrepantia inter *Ξ* 413 et ea, quae  
secuntur, probabiliter non extaret: Poeta libri *Ξ* He-  
ctorem lapide ab Aiace ictum procumbentem depingere  
veritus non esset, si in l. *H* iam idem legisset. (Num  
retractatio huius libri *Ξ* loci, *Ξ* 418 sqq, *O* 235 sqq  
versui *H* 272<sup>b</sup> debeatur, non diiudico.)

	Pg
<i>H</i> 1/16 . . . . .	1
De Arna urbo . . . . .	3
<i>H</i> 17/46 Deorum colloquium, Heleni oratio . . . . .	7
<i>H</i> 54/66 . . . . .	14
De libri I initio . . . . .	15
<i>H</i> 67/91 Hectoris provocatio . . . . .	18
<i>H</i> 92/122 Menelai indignatio, Agamemnonis metus . . . . .	19
<i>H</i> 124/60 Nestoris narratio; de geographia Iardani etc. . . . .	23
<i>H</i> 161/9 Catalogus novem heroum . . . . .	28
<i>H</i> 170/4 Nestoris altera oratio . . . . .	30
<i>H</i> 175/205 Sortitio. Preces . . . . .	31
Libri I certamen singulare . . . . .	37
<i>H</i> 206/18 Aiacis procerus . . . . .	46
<i>H</i> 219/25 Seuti descriptio; Tychius Hyleensis . . . . .	48
<i>H</i> 226/43 Iurgia heroum . . . . .	53
<i>H</i> 244/72 Pugna singularis . . . . .	58
<i>H</i> 273/312 Carminum exitus . . . . .	65
Recapitulatio . . . . .	66

#### Appendix.

1. <i>E</i> 792 sqq . . . . .	70
2. De fago ea, quae ad Scaeas portas extabat . . . . .	70
3. Quae ratio inter l. <i>I</i> et alteram l. <i>A</i> partem intercedat, quaeritur . . . . .	74
4. De binis librorum <i>A</i> et <i>P</i> locis . . . . .	79
5. Ajax in l. <i>M</i> . . . . .	81
6. De armationibus Agamemnonis ( <i>A</i> 16 sqq) et Minervae <i>Θ</i> 385 sqq; <i>E</i> 734 sqq) . . . . .	82
7. De Aiacis seuto et hasta . . . . .	82
8. De <i>N</i> 802 sqq . . . . .	84
9. De <i>Ξ</i> 402 sqq . . . . .	86

#### Vita.

Guilelmus Deecke natus sum a. d. V. id Mai. 1884 patre Iulio, qui duodecimum annum agenti morte matura eruptus est, matre Maria e gente Passow, quam superstitem esse gaudeo. Per novem annos gymnasii Catharinei Lubecensis discipulus fui, quod utm Iulio Schubringio directore florebat. Vere anni 1902 Rostochii in numerum civium academicorum receptus sum. Ibi per duo semestria versatus Gottingam me contuli, indeque post tria semestria Berolinam, unde vere anni 1905 Gottingam redii.

Docuerunt me viri doctissimi Rostochienses: Kalbfleisch, Kern, Koerte; Schirrmacher. Berolinenses: Diels, de Wilamowitz; Kalkmann; Ed. Meyer.

Gottingenses: Leo, Schwartz, Wackernagel; Brandi, Busolt, Lehmann, Stein; Baumann, Husserl, Müller.

Quibus omnibus optime de me meritis gratiam habeo quam maximam; plurimum vero debeo Busoltio, Leoni et imprimis E. Schwartzio, qui meis studiis et huic opusculo non mediocriter favit.

Seminarii philologorum Gottingensis sodalis per tria semestria fui, ex quibus per unum senior.

Quo die maturitatis testimonium accepi, cum ex legato quodam quotannis praemia singula singulis ex iis gymnasii Catharinei discipulis tribuantur, qui maturitatis testimonium accepturi sunt, Henrici de Sybel septem libri, quibus inscripsit: Die Begründung des deutschen Reiches, mihi dati sunt.

